in ore mortui septies aspirãs: hunc ad rediui uã lucem ptinus per ministeriũ compassio/ nis animauit. Auctor ãppe humani generis deus quasi mortuũ puer doluit: cũ extinc/ tos nos iniquitatis aculeo miserat⁹ aspexit. Et quia per moysen terrorem legis protulit ãsi p puerũ virgã misit. Hz puer cũ baculo mortuum suscitare non valuit: quia paulo attestãte nihil ad perfectum adduxit lex Ip se autem per semetipm veniens ⁊ sup cada/ uer se humiliter sternens: ad exequẽda sibi mor tui membra se collegit: quia cum in for/ ma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo: sed semetipm exinaniuit for mã serui accipiens in similitudinẽ hominum factus ⁊ habitu inuentus vt homo. Huc il/ luc ambulat: quia ⁊ iudeam iuxta ⁊ longe positas gẽtes vocat Sup mortuũ septies in spirat: quia p apertionẽ diuini muneris gra/ tie septiformis spiritũ: in peccati morte iacen tibus tribuit. Mox viuens erigitur: quia is quem terroris virga suscitare non potuit per amoris spiritũ puer ad vitam redijt. Bi cat itaq beatus iob ex sua: dicat ex voce hu manigeneris: auferat a me virgã suam: ⁊ pa uor eius non me terreat: loquar ⁊ non time/ bo eum. Vbi apte subiungit. Neq enim pos/ sum metuens respondere. Respõdere ãppe cuilibet dicimur: cum factis illius digna ope ra repensamus: deo respondere est: donis eius pcedentibus nostra obsequia reddere. Vnde ⁊ psalmi quidã in quibus sancta ope ratio imitanda pponitur: ad respondendum scripti pnotant. Rectum itaq deus hoiem cõdidit: eũq ad peruersa defluentez cũ lon ganimitate tollerauit: quotidie culpas aspi cit: ⁊ tamen viuendi spacia non citius absci/ dit: dona largitur benignitate sua ⁊ erga ma los vtitur. Respõdere homo tot beneficijs debet: sed tamẽ respondere metuens nõ va/ let: quia humani generis conditorem qui ad huc seruiliter formidat pculdubio nõ amat Nam tũc soli deo vera obsequia reddimus: cũ eum ppter amoris fiduciam non timem⁹: cum nos ad bona opera affectus non metus dirigit: cum malum nostre menti iam nõ pla cet etiam si licet: nam quia peruersitatis ope ra ex timore restringitur: peruersa libenter ageret si liceret. Nequaq ergo veraciter re/ ctus est: qui adhuc a prauitatis desiderio li/ ber non est. Bene itaq dicitur. Neq enim possum metuens respondere: quia vera ob sequia deo non reddimus: si ex timore man datis illius et non potius ex amore seruim⁹. Sed cũ menti nostre eius dulcedinis amor accendit: omne desiderium presentis vite leui gatur: in tediuz delectatio vertitur: atq hãc cum meroze mens tollerat: cui victa prius reprobo amore seruiebat. Vnde et apte subditur. ℣ Cap. XXXIII.

Debre.7.

L

Tex.

B

Tedet animam meã vite mee. Sed cum pñs vita vilescere: cuz cõditoris amor dulcescere ceperit: sese contra se animꝰ accendit vt accusare se de culpis debeat: in quibus se ante supernoz nescius defendebat. Vñ ad/ huc recte subiungit. ℣ Dimittã aduersum me eloquiũ meum. Quasi p se eloquio suo vtitur: qui prauа que gessit defendere excu/ sationibus conat. Sed aduersum se eloqui um dimittit: qui accusare in se hoc incipit qõ errauit. Sepe vero ⁊ cum delinquimus ea quoq que agimus diiudicam⁹: accusat mẽs ipa: qõ perpetrat: ꝟ quia hoc ex desiderio mi nime deserit: erubescit cõfiteri quod fecit Cũ vero iam toto iudicio carnis delectatõem p mit: audaci voce in accusationis sue confessi one se erigit. Vnde recte nunc dicit. Dimit/ tam aduersum me eloquiũ meũ: quia fortis mens relaxare contra se verba detestatiõis inchoat: que apud semetipam prius infirme verecundata retinebat. Sed sunt nõnulli q apertis vocibus culpas fatentur: ꝟ tamẽ in confessione gemere nesciunt: ⁊ lugenda gau/ dentes dicunt. Vnde ⁊ adhuc apte subiungi tur. ℣ Loqr in amaritudine anie mee. Qui culpas suas detestãdo loquit: restat vt has in amaritudine anime loquatur: vt hec ipsa amaritudo punlat: quicquid lingua per mẽ/ tis iudiciũ accusat. Sciẽdum vero est: quia ex pena penitentie quã sibi mens irrogat ali quatenus securitatem percipit atq interro/ gatõem superni iudicis fidentioz exurgit: vt semetipam subtilius inueniat: ⁊ erga se queq quomodo disponant agnoscat. Vnde ⁊ pti nꝰ addit. ℣ Dicã deo: noli me ꝺdẽnare. Indi ca: cur me ita iudices. Qui peccatorem se in amaritudine anime asserit: quid deo aliud q ne cõdemnet dicit: quia amaritudo psentis penitentie extinguit supplicia sequentis ire. Duobus autem modis in hac vita hominẽ deus iudicat: quia aut per mala presentia ir rogare iam tormenta sequentia incipit: aut tormenta sequentia flagellis psentibus exti/ guit. Nisi eñ delictis exigentibus iustus iu dex et nunc ⁊ postmodum quosdam percu/ teret: iudas apostolus minime dixisset. Secũ do eos qui non crediderũt perdidit: ⁊ de ini

Job. Ca.X. A

Tex.

B

Tex.

Tex.

L

quis psalmista nõ diceret: induant̃ sicut dy-
Ps.108. ploide ꝯfusione sua Dyploidem quippe du-
plum vestimentũ dicimus. Confusiõe ergo
sicut dyploide induti sunt: qui iuxta reatus
sui merituz ⁊ temporali ⁊ perpetua animad-
uersione feriunt̃. Solos quippe pena a sup-
plicio liberat quos immutat: nam quos pre-
sentia mala non corrigunt: ad sequentia per-
ducunt. Si autem nequaq̃ quosdam pena
p̃sens a supplicio eterno defenderet: paulus
1.Cor.11. minime dixisset: Cũ iudicamur a domio cor-
ripimur: vt non cũ hoc mundo damnemur.
Apoc.3. Hinc voce angelica ad iohãnẽ dicitur Ego
quos amo: redarguo ⁊ castigo. Hinc etiam
Hebre.12. scriptũ est. Quem diligit domin⁹ castigat:
flagellat omnẽ filiũ quẽ recipit. ¶ XXXIIII

A Sepe ergo mens iusti vt magis secu-
ra sit altius trepidat: ⁊ cum flagellis
cigitur supni iudicij incertitudie tur-
batur: pauet ne initium sequentis damnati-
onis sit omne quod patit̃: ⁊ ꝑ cogitationem
interrogat iudicem quia de vite sue meritis
ambigit in percussione. Sed cum vite virt⁹
ad oculos mentis reducitur: quasi consola-
tio a iudice respondet̃: quia nequaq̃ ad per-
dendum percutit: quem in actionis innocen-
tia feriendo custodit. Bene itaq̃ nunc dici-
tur. Indica mihi: cur me ita iudices. Ac si
apte diceret̃. Quia flagellãdo me iudicas:
ostende q̃ ad iudiciũ per flagella securũ red-
das. Quod tamẽ intelligi ⁊ aliter põt. Naz
plerũq̃ vir iustus flagella ad ꝓbationem ꝑ-
cipit: ⁊ vitam suam sbtilissima inquisitiõe dis-
cutiẽs: q̃uis se peccatorem et sentiat et fatea-
tur: ꝓ qua tamẽ specialiter culpa percutitur
minime cognoscit atq̃ eo magis in ꝑcussiõe
trepidat: quo causas sue ꝑcussionis ignorat
B Petit vt semetip̃m sibi iudex indicet: quate-
nus q̃ ille animaduertendo percutit: hoc in
se flendo ⁊ ip̃e castiget. Scit nãq̃ q̃ equissi-
mus iudex iniuste quempiã nullo mõ affligit
et magno metu cõcutit̃: quia ⁊ dolet in ver-
bere: ⁊ dep̃hendere in se ꝑfecte nõ valet qđ
Lex. deploret. Vñ et adhuc sbdit̃. ¶ Nunq̃d bo-
num tibi videt̃ si calũnieris ⁊ opprimas me
opus manuũ tuaꝝ: ⁊ ꝯsilium impioꝝ adiu-
ues? Hoc nimirũ sic per interrogatõem dici-
tur vt negetur. Ac si aperte diceret. Tu qui
summe bonus es: noui quia bonum non esti-
mas vt pauperem per calumniam premas
Et scio ergo quia non est iniustuz quod pa-
tior: ⁊ eo magis doleo quo causas iusticie ig-
C noro. Notandum vero q̃ non ait vt oppri-
mas innocentem s̃ pauperez. Qui em̃ distri-
ctioni iudicis nequaq̃ innocentiam s̃ paup-
tatem suam obijcit: iam de vita audaciã ar-
ripit: sed q̃ se infirmum conspiciat ostendit.
Vbi ⁊ congrue sbiungit: opus manuuz tua-
rum. Ac si aperte dicat. Impie opprimere
non potes: quem te fecisse gratuito recorda-
ris. Bene autem sbditur. Et consiliũ impio-
rum adiuues. Quos nanq̃ hoc loco ipios
nisi malignos spiritus vocat: qui cum redi-
re ip̃i ad vitam nequeunt: crudeliter socios
ad mortem querunt? Quorũ nimirum consi-
lium fuit: vt beatum iob diuina correptio tã-
geret: ⁊ q̃ in trãquillitate iustus extiterat: sal-
tem per flagella peccaret. Sed impioꝝ con-
silium domin⁹ non adiuuit: quia eorum ten-
tationibus carnem iusti perdidit: animã de-
negauit. Hoc indesinenter cõtra bonos con-
silium maligni spiritus ineũt: vt hi quos ser-
uire deo innocue in tranquillitate conspiciũt
vexati aduersitatibus ad voraginem culpe D
rapiantur. Sed eorum consilij acumen de-
struit̃: quia pius conditor cum virib⁹ flagel-
la moderatur: ne virtute pena transeat: et ꝑ
astutiam fortiũ humana infirmitas excidat.
Vnde bene et per paulum dicitur. Fidelis 1.Cor.10.
autem deus qui non patietur vos tẽtari su-
praq̃ potestis: sed faciet cum tentatione eti-
am ꝓuentum vt possitis sustinere. Nisi enim
misericors deus cuz viribus tentamẽta mo-
dificet: nullus ꝓfecto est qui malignorũ spi-
rituũ insidias non corruens portet: q: si mẽ-
suram iudex tentationibus non prebet: eo ip-
so ꝓtinus stãtez deijcit: quo vltra vires one-
ra imponit Sic autem beatus iob negando
requisiuit ista que ꝓtulit: sicut et requirẽdo Lex.
negat ea que ilico sbiũgit dicẽs. ¶ Nũquid
oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo ⁊
tu videbis? Nũquid sicut dies hominis di-
es tui? aut anni tui sicut humana sunt tem-
pora: vt oueras iniquitatem meam: ⁊ pecca-
tum meum scruteris: ⁊ scias quia nihil impi-
um fecerim? Oculi carnei facta temporũ non
nisi in tempe agnoscunt: quia ⁊ ip̃i ad viden-
dum cũ tempore prodeunt: cum tempe clau-
duntur. Et humanus visus quodlibet op⁹
sequitur: non precurrit: quia vix existẽtia as-
picit: ventura nullomodo agnoscit.

¶ Cap̃. XXXV.

A Dies quoq̃ ⁊ anni homis a dieb⁹ et
annis discrepãt eternitatis: quia vi-
ta nostra q̃ tempore incipit̃ tempore
finitur: duz intra finus latitudinem format:
eternitas deuorat. Cui⁹ nimirũ immensitas
quia vltra citraq̃ super nos tenditur: sine in-
choatione et termino eius eternũ esse dilata-
tur: eiq̃ transacta pretereunt: nec adhuc vẽ

tura quasi que non appareant desunt: quia is qui semper esse habet: cuncta sibi presentia conspicit: cuncq; aspiciẽdo post ⁊ ante nõ tenditur: nulla intuitus mutatione variat. B Dicat ergo: Nunqd oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo ⁊ tu videbis? Nunqd sicut dies hois tui: ⁊ anni tui sic hũana sũt tempora: vt queras iniqtatem meã: ⁊ peccatum meũ scruteris: vt scias quia nihil impium fecerim? Ac si humiliter rẽgrens diceret Cur me in tempore per flagella examinas: quem apud te perfecte ⁊ ãte tempora scisti? Cur culpas meas verberibus interrogas: Tex. quem per eternitatis tue potentiã nec p̃usq; cõderes ignoras? Cui'nim'q; potentie mox pondus exprimit cum subiũgit ℣ Cũ sit nemo qui de manu tua possit eruere. Ac si apte dicat: Quid tibi restat nisi parcere: cuius virtuti nullus valet obulare? Quo eniz nemo est qui aiaduersionẽ tuam ex merito sue virtutis retineat: eo a se facilius tua pietas exigat vt parcat: quia autem nos in delicto concepti: in iniqtatib' editi: aut nocte prava perpetram': aut incaute etiam recta agendo delinqmus: districtus iudex vnde nobis fiat placabilis non habem'. Sed cum nostr' Tex. opus eius obtutibus dignuz exhibere non L possumus: restat vt ad placationẽ illius suũ ei opus offeramus. Vñ ⁊ subdit: ℣ Manu' tue dñe fecerunt me: ⁊ plasmauerũt me totũ in circuitu: ⁊ sic repente precipitas me? Ac si humiliter dicat: Quia sub iusto examine diuinum non est tue plasmationi qõ feci: pensa misericordiẽ ne pereat qõ feci sti. Quib' etiã verbis peruersum manichei dogma destruitur: qui duo esse p̃ncipia mentiens: a deo spiritũ: a sathana vo carnez conditam asserere conatur. Sanctus etiam vir pphetici gratia spiritus plenus longe post ventura p̃siderat: ⁊ erroz genimina preuidens calcat dicens: Manus tue plasmauerũt me ⁊ fecerũt me totum in circuitu. Qui eni ⁊ plasmatum se ⁊ factũ totũ in circuitu a deo asserit: tenebrarũ genti nec in spiritu suo aliquid: nec in carne dereliquit. Nam plasmatũ se ppẽ internam hois imaginem retulit: factum vero totum in circuitu in eo q; ex carnis ꝓstat in- A dumento memorauit. ℣ XXXVI

Notandũ vo ẽ: qz per hoc q; se plasmatũ dei manibus asserit: miseritordi die iudicis: dignitatez sue ꝓditionis opponit. Quãuis eni per goetnũ p̃is verbum cuncta creata sint: in ipsa tamen relatione creationis ostendit: ꝙtum cunctis animalibus: ꝙtuz rebus vel celestib': sed tam insensibilib' homo preferatur. Cuncta q̃p- pe dixit ⁊ facta sunt: Cuz vo facere hominẽ decernit: hoc qõ reuerenter pensanduz est: Hũ.3. premittit dicens: Faciamus hominẽ ad imaginem ⁊ similitudinẽ nostram. Neq; enim õ eo sicut de rebus ceteris scriptũ est: fiat ⁊ factum est: neq; vt aque volatilia: sic terra hominem protulit: sed priusq; fieret: faciamus dicitur: vt videlicet quia rationalis natura ꝓdebatur: quasi cum consilio facta videret quasi per studiũ de terra plasmatur: ⁊ inspiratione conditoris in virtute spiritus vitat' erigitur: vt scilicet non per iussionis vocem: sed per dignitatẽ operationis existeret: qui ad conditoris imaginem fiebat. Quod igit̃ B per ꝓditionem homo eleganti' in terra creaturis ceteris accepit: hoc in flagello positus pietati sui opificis opponit dicens: Manus tue plasmauerũt me ⁊ fecerũt me totũ in circuitu: ⁊ sic r̃pente precipitas me? Ac si apte dicat: Cur tanta vilitate despicis quẽ cuz tanta dignitate condidisti? Et quez ratione rebus ceteris prefers: cur ex dolore suppo- nis? Sed tamen hec eadem nostra dignitas fulget per imaginẽ ⁊ longe distat a beatitudinis perfectione per carnem: quia dũ spiritus miscetur pulueri: quodãmodo ꝓnectit̃ infirmitati. Quam scilicet infirmitatez beat' iob pietati iudicis obiecit: cũ sbiũgit ℣ Me- Tex. mento queso q; sicut lutum feceris me. Angelorum spiritus idcirco irremissibiliter peccauerunt: quia tanto robustius stare poterãt: ꝙto eos carnis cõmixtio non tenebat. Homo vo idcirco post culpam veniam meruit quia per carnale corpus aliquid quo semetipso minor esset accepit. Unde ⁊ apud respectum iudicis argumentũ pietatis est: hec eadem infirmitas carnis: sicut per psalmistam Ps.77. dicitur: Ipse autem est misericors ⁊ ppitius L fiet peccatis eorum: ⁊ non disperdet eos: et multiplicauit vt auerteret iram suam ab eis et non accendit omnem iram suam: ⁊ rememoratus est quia caro sunt. Ut lutum ergo homo factus est: quia de limo est ad ꝓditionem sumptus. Lutum quippe fit: cum se aq̃ terre conspergit. Sicut lutum itaq; homo ẽ conditus: quia quasi aqua infundit puluerẽ cum anima rigat carnem. Quod sanct' vir bene pietati iudicis obiecit: cum postulans dicit: Memento queso q; sicut lutum feceris me. Ac si aperte dicat: Infirmitatez carnis considera: ⁊ reatum iniqtatis laxa. Ubi apte quoq; moz eiusdem carnis adiungit̃: cum protinus subinfertur. Et in puluerem Tex. reduces me. Ac si patenter postulet dicens:

Memento queso q̄ per carnem a terra venio: ⁊ per eius interitū ad terrā tendo. Memento materiam itaq̄ originis et penam finis aspice: et culpe citius transeuntis parce.

¶ Cap̄. XXXVII.

Sed quia qualitatez ꝓtulit hois conditi: nūc sb̄iungit ordinem ꝓpagati dicēs. ¶ Nōne sicut lac mulsisti me et sic caseū me coagulasti? Pelle ⁊ carne vestisti me: ossib⁹ et neruis cōpegisti me. Plasmatus q̄ppe homo sicut lutū fact⁹ est: ꝓpagatus aūt ⁊ sicut lac mulgaf semine: ⁊ sicut caseus coagulatur in carne. Carnibus ⁊ pelle induitur: ossibus neruisq̄ solidaf. Per lutū ergo prime ꝯditionis qualitas: per lac vero sequentis ordo ꝯceptionis exprimif: qui per coagulationis incrementa ducitur: vt paulisper in ossa roboref. Sed angusta dei laus est descriptio creati corporis: nisi etiam sb̄sequenter exprimaf mira aspiratio viuificationis. Unde ⁊ sb̄ditur. ¶ Vitam et misericordiam tribuisti mihi. Sed incassum nobis bona conditor tribuit: si nō omne quod tribuit ipe custodit. Sequitur. ¶ Et visitatio tua custodiuit spm̄ meū. Hec autem que de exteriori homine diximus: etiā interiori posse congruere libet: vt breuiter replicādo mōstrem⁹. ¶ Memēto queso q̄ sicut lutum feceris me. Sicut lutum quippe homo nester interior existit: quia sancti spūs gratia terrene menti infundif: vt ad intellectū sui conditoris erigatur. Humana nanq̄ cogitatio q̄ peccati sui sterilitate aruit: per vim sancti spiritus quasi irrigata terra viridescit. Sed sepe dū ꝓceptis supni doni virtutib⁹ sine inf/ruptione vtimur: ad priuatā fiduciā vsu cōtinue ꝓsperitatis ele uamur: Un̄ fit plerq̄ vt isdez q̄ sb̄leuauerat parumper spūs deserat: quatenus ipm̄ sibi hominem ostendat. Nō sanctus vir ꝓtinus exprimit cum sb̄iūgit. ¶ Et in puluerē reduces me. Nā cū per sb̄tractionem spiritus meus aliquantulū in tentatione deseritur: quasi ab humore pristino terra siccatur: vt infirmitatē suam derelictus sentiat: ⁊ sine infusione superne gratie quātum homo aruit agnoscat. Qui apte q̄ reduci ad puluerē dicif: q⁹ dimissus sibi cuⁱlibet tentationis aura rapitur. Sed dum relicti concutimur: ea que afflicti cognouimus sb̄tilius iam dona cogitamus. Unde sb̄iūgit ¶ Nonne sicut lac mulsisti me: ⁊ sicut caseum me coagulasti? Mens etenim nostra cum p sancti spūs gratiā ab vsu vetuste ꝙuersationis abstrahif: sicut lac mulgef: quia in quadam noue inchoationis teneritudine ⁊ subtilitate formatur: sicut caseus coagulaf: q⁹ in constipatione pinguescētis cogitatiōis astringitur: vt nequaq̄ iam p desideria diffluat: sed in vno amore se colligens ad solidā reformationem surgat.

¶ Cap̄. XXXVIII

Per quorū vero ꝓtra hec eadē rudimēta spūalia ex vsu veteri caro sb̄murmurat: et min⁹ bella tollerat ex homine quē foras portat. Unde subiūgit. ¶ Pelle q̄ppe ⁊ carnibus interior homo vestif: q⁹ in eo q̄ ad superna erigitur: carnalū motuū obsidiōe vallaf. Sed tendentē ad iusticiā nequaq̄ in tentatione conditor deserit: qui p infusionē gratie etiā peccantē preuenit: sed subleuatā mentem ⁊ ad bella exterius laxat: ⁊ interius roborat. Unde adhuc apte subiūgif ¶ Ossib⁹ et neruis cōpegisti me. Carnib⁹ ⁊ pelle vestimur: sed ossibus neruisq̄ cōpingimur: q⁹ ⁊ si temptatiōe foras irruente cōcutimur: intus tamē nos cōditoris manus roborat ne frangamur. Carnis itaq̄ motibus nos humiliat ad dona: sed per ossa virtutū roborat contra temptamenta. Fit ergo: Carnis ⁊ pellibus vestisti me: ossib⁹ ⁊ neruis cōpegisti me. Ac si aperte dicat: Foris me ad probationē deseris: sed tamē intus ne pereā virtutib⁹ astringēdo custodis. Qui idcirco nobis bene viuēdi rectitudinē tribuit: q⁹ benigne preterita q̄ delinquim⁹ parcet. Unde ⁊ adhuc apte subiungif ¶ Uitā ⁊ misericordiā tribuisti mihi. Uita quippe tribuif: cū malignis mentib⁹ benignitas aspiraf: ſz vita sine misericordia accipi nequaq̄ valet: q⁹ ad obtinēda domin⁹ iusticie bona nō adiuuat: si prius misericorditer anteactas nequicias nō relaxat. Ut certe vitā nobis ⁊ misericordiā tribuit: quia ea qua nos misericordia ad bene viuendum puenit: etiā subsequente custodit. Nisi enim misericordiam subroget: seruari non valet vita quā pbet. Ipso quippe quotidie vsu humane vite veteraſcim⁹: et exteriorīs hois ipsius cogitatōe lubrica ab interioribus exim⁹. Et nisi nos supna visitatio vel ad amorē cōpungēdo viuificet: vel ad timorē flagellādo restauret: repētino lapsu mens fundit⁹ tota destruif: que lōgo virtutis studio innouata videbaf. Un̄ subdif. ¶ Et visitatio tua custodiuit spiritū meū. Humanū quippe spiritū visitatio supna custodit: cū hūc virtutib⁹ ditatū: vel flagellādo pcutere: vel cōpungere amore non desinit. Nam si dona pstat: si nūc ꝓtinue restaurādo nō subleuat: citi⁹ bonum pdif quod non a largiente custoditur.

Sed ecce vir sanctus dum se humilit agnoscit: ꝓferenda generalit diuine misericordie secreta apprehendit: cunctq infirmitatẽ suaz veraciter fatetur: repente ad cognoscẽdã vocationem gentũ subtiliter rapitur. Nam ꝓtinus subditur: Licet hec celes in corde tuo tamen scio quia vniuersoꝝ memineris. Ac si aperte dicat. Cur de me trepido: qui z vniuersas gẽtes quia colligas scio? Quod tamẽ in corde celas: quia hoc adhuc apto sermone non indicas. Sed q vniũsoꝝ memineris me ꝓcul dubio ỗ venia certũ facis. XXXIX

Liendũ ỽo ẽ qz in qbusdaz factis et certi de venia reddimur: z post ppetratas culpas ad absolutiõis nre fiducia correctione z penitentia subsequente roboramur: ppetrate tamen nostre neqtie adhuc memoria tangimur: z cogitatiõe illicita adusi nolẽtesq pulsamur. Vñ z apte subiungitur ¶ Si peccaui z ad horã pepcisti mihi: cur ab iniqtate mea mundum me esse nõ pateris? Ad horam dñs parcit peccato: cum reatum culpe concessis ꝓtinus fletib⁹ diluit: sed ab iniquitate nostra mũdos non esse non patitur: qz volentes quidem culpã fecimus: sed nõnunq nolentes eius memoriaz cum delectatione toleram⁹ ¶ Sepe nanq ꝺ qđ a ꝓspectu iam iudicis fletu interueniente deletũ est: ad animũ redit: z duicta culpa ad delectationẽ rursus inserpere nitit: atq in antiquo certamine reduiua pulsatione reparat: ita vt qđ ꝓius egit in corpe: hoc importuna cogitatione verset in mẽte. Vñ cautе ille ꝓspicere athleta spũalis nouerat: q dicebat: Cõputruerũt z deteriorauerũt cicatrices mee: a facie insipietie mee. ¶ XL

Quid nanq cicatrices: nisi sanatiões sunt vulnerũ? Laxatas g neqtias ad delectationẽ memorie redire cõspexerat: qui cicatrices deflebat. Cicatrices qppe cõputrescere: ẽ sanata iam pctoꝝ vulnera rursus in tẽptationẽ serpere: atq ex eorũ suggestiõib⁹ post supductã cutẽ penitentie fetore culpe iterũ doloreq sentire: q videlicet in re z nil foras operis agit: z sola int⁹ cogitatiõe peccat: districtoq se reatu mẽs obligat nisi ꝺ solicitis lamẽtis tergat. Vñ bñ ꝑ moysen dicit: Si fuerit int vos hõ q nocte pollut⁹ sit somnio: egredie extra castra et nõ reuẽtet priusq ad vesperuz lauet aqua et post solis occasum regredietur in castra. Nocturnũ qppe ẽ somniũ temptatio occulta: ꝑ quã tenebrosa cogitatione turpe aliqd corde ꝓcipitur qđ tamen corpis ope non exple⁹. Sed somnio nocturno pollut⁹ egredi extra castra precipit: quia videlz et dignũ est: vt qui imũda cogitatione polluitur indignũ se cunctorum fideliũ societatib⁹ arbitretur: culpe sue merituz ante oculos ponat: et ex bonoꝝ se estimatione despiciat. ¶ Polluto ergo extra castra exire ẽ: turpi impugtiõe laborantẽ sese ex ꝓtinentiũ cõpatione despicere: q ad vesperũ lauat aqua: cũ defectu suũ ꝓspiciẽs ad penitẽtie lamenta ꝓuertit: vt fletibus diluat omne qđ in animo occulta inquinatio accusat: sed post occasum solis ad castra redeat: quia de feruescẽte temptationis ardore necesse est vt iteruz fiduciam erga sanctitatem bonoꝝ sumat. ¶ Post aque quippe lauationem occumbẽte sole ad castra reutit qui post lamenta penitẽtie frigescente flãma cogitationis illicite ad fideliũ merita presumendo reparat: vt iam se a ceteris lõge esse non estimet: qui mũdũ se per obitum intimi ardoris gaudet. Sed inter hec sciendu est. Quod idcirco nõnunq impulsu illicite cogitationis affligimur: quia in quibusdam terrene ꝓuersationis actibus q̃uis licitis libẽter occupamur: cunctq vel in mimis terrena actio per desideriũ tangitur: crescente contra nos antiqui hostis fortitudine: mens nostra non mima importunitate temptationis inquinatur ¶ Vnde z sacerdos legis mẽbra hostie per frusta cõcisa: caput atq ea que erga iecur sunt iubetur ignibus cremare: pedes ỽo atq intestina hostie prius aq dilue re: Nos qppe ipsos sacrificiũ deo offerim⁹: cum vitam nostrã cultui diuino dedicamus Que mẽbra hostie ꝑ frusta ꝓcisa sup ignem ponim⁹: cum vite nostre opa virtutib⁹ distinguentes imolamus. Caput ergo atq ea que iuxta iecur ꝓtinent incendim⁹: cuz in sensu nro quo oẽ corpus regit atq in occultis desiderijs flamma diuini amoris ardemus. Et tamẽ precipit: vt pedes atq intestina hostie lauent. ¶ Pedib⁹ g terra tangit: intestinis ỽo stercora gestant: qz plerũq iaz ex desiderio in eternitate succẽdimur: iaz toto deuotiõis sensu ad appetitũ nre mortificatiõis inhiam⁹ ꝑ quia adhuc terrenũ ꝑ infirmitate aliquid agim⁹: nonnulla etiã oue iaz ꝭbegim⁹ illicita in corde toleram⁹. Cũq cogitationes nras imũda cogitatio inqnat: qđ aliud q̃ intestina nre hostie stercus portant? Quz vt cõburi debeat lauent: qz nimirũ necesse ẽ: vt imũdas cogitatiões timoris flet⁹ diluat: quas i acceptiõe sacrificij amoꝝ supnus incẽdat: z qcqd mẽs vel de inexpto certamie: vel de ꝓuersationis pristine memoria patit lauet: vt tãto suauiꝰ in ꝓspectu sui spectatoꝛis ardeat: q̃to

cū ei assistere ceperit: nil terrenū secū vel lubricū in ara sue oīonis imponit. Ur igit sanctus humane mentis damna ꝓspiciat: q̄ plerūq̄ se in cogitatione illicita inquinat: t post q̄ reatū opis relaxat: t sua plorans nr̄a que plorem⁹ aperiat dicēs: Si peccaui tad horā pepcisti mihi: cur ab iniq̄tate mea mūdum me esse non pateris? Ac si apte dicat. Si culpam venia abstulit: cur hanc t a memoria n̄ detersit. ℣ La. XLI.

A Epe autē ita mens in culpe recordatione ꝓcutit: vt ad ppetratōem illi⁹ lōge grauī⁹ q̄ pus capta fuerat vrgeat: t deprehensa trepidat: secq̄ ipam varijs motib⁹ impulsa pturbat: metuit q̄dē ne vincat tentatōib⁹: ꝑ resistēs hoc ipm qō longo labore certamis affligit ꝓhorrescit. Uñ t apte sbiūgit ℣ Et si ipius fuero ve mihi ē: t si iust⁹ nō leuabo caput saturat⁹ afflictōe t miseria. Impius nāq̄ ve habet: iust⁹ miseriā: q̄ t eterna dānatio reprobum sequit: t electus q̄sq̄ doloribꝰ trāsitorie aduersitatis expiat. Impi⁹ caput leuat: ꝑ elat⁹ euadere vel qō sequit nō valet: iust⁹ labore sui certamis afflict⁹ caput leuare non sinit: ꝑ ꝑsus a ppetua afflictiōe liberat. Ille se in voluptatibus erigit: ꝑ supplicijs sequentib⁹ mergit: iste se i dolore deprimit: ꝑ tñ a pondere eterne aiad/uersionis abscondit. Cōsideret ergo vir sanctus q̄ aut renitēs hō, vitijs pñti labore afflict: aut succūbēs ppetue afflictioni mācipat et dicat. Et si impi⁹ fuero ve mihi ē: t si iust⁹ nō leuabo caput saturat⁹ afflictōe t miseria. Ac si apte deploret dicēs: Aut sbstrat⁹ carnis desideriꝰ supplicio eterno sbiciot: aut repugnās illicitis motib⁹ pena pñti crutiot: q̄ a labore certamis liber nō sum. Sed supna dispensatio idcirco nos tota sibi intentione Quietis carnis nr̄e pmittit impugnationibus ꝓcuti: ne mēs nr̄a in supbiā audeat prelūptiōe sue securitatis eleuari: vt dum pulsata trepidat: i solo auctoris adiutorio spei pdē robusti⁹ figat. Uñ t adhuc apte sbiungit ℣ Et ꝓpter supbiā quasi leenā capies me. Leena cū escā catulis exq̄rit: inhiāter in foueaz captionis ruit. Sicut em̄ in q̄busdā regionib⁹ ferit: fit in ei⁹ itinere fouea in quā pec⁹ deponit: vt illuc se eius appetitu ꝓicere leena ꝓuocet: q̄ angusta simul t alta ꝑparatur vt in eā ruere ambiēdo valeat: ꝑ hāc saliendo nullomō euadat. Alia quoq̄ fouea q̄ priori cohereat effodit: q̄ tñ ei in qua pecus ē extreme partis aptione cōiungit: in qua nimirū cauea ponit: vt leena corruēs: quia desuper terroribus vrgetur: cum quasi in secretiori p

te foueę occultare se appetit: caueam nolēs intret: cuius iam seuicia nequaq̄ ptimescit quia clausa in caueā leuatur. Que enim sua sponte in foueam corruit: ad superiores ptes circūsepta vectibus cedit. Sic sic nimirū humana mens capta est que i libertate arbitrij condita dū nutrire desideria carnis appetijt quasi leena catulis escam quesuit: atq̄ i deceptionis sue foueaz cecidit: que suadēte antiquo hoste ad cibum ꝓhibitū manū tetendit: sed in fouea ꝓtinus caueam inuenit: q̄ sponte ad mortem venies: corruptionis sue mox carcerem pertulit: atq̄ ad auras liberas gratia interueniēte reducitur. Sed cum multa agere conatur: t non valet: eiusdē corruptionis sue obstaculis quasi cauee vectibus ligat. Jam quidem eam in quā ceciderat damnationis foueam euasit: quia secuture mortis supplicīū manu redemptiōis ad iuta: ad veniam redeūdo supauit. Sed tamen coartata caueam tolerat: q̄ supne q̄ discipline nexibus cingit: ne per carnis desideria vagetur. Que ergo sponte sua in foueaz cecidit: ad auras liberas clausa redit: quia et per libertatē arbitrij in culpam corruit: t tamen hac a suis motibus conditoris gratia exactam nolentem q̄ constringit. Post foueam itaq̄ caueam patitur: que erepta ex et no supplicio: a prave volūtatis motib⁹ sb celestis artificis dispensatione religat. Recte igitur dicit: Et ꝓpt supbiā quasi leenam capies me: quia t liber homo p cibuz sibi mortem intulit: t reductus ad veniaz sb disciplina melius clausus viuit. Quasi leena q̄ ꝓpt supbiā captus ē: q̄ inde nūc eum disciplina sue corruptionis deprimit. Uñ transgressione pcepti non timēs: audacter in foueaz saltum dedit. ℣ Cap. XLII

Sed si parūp obtut⁹ mētis a culpa p̄mi parētis auertim⁹: nos adhuc q̄tidie vt leena capi p viciū elatiōis inuenimur. Sepe nāq̄ hō acceptis vtutib⁹ inaudaciā sue pūptiōis erigit: ꝑ mira dispēlatiōe pietatis añ ei⁹ ocłos res q̄libet in q̄ corruat ordiat. Dūq̄ p culpam aliq̄d appetit: q̄d aliud q̄ pdā in foueā ꝓcupiscit? Sua spōte inhiās cecidit: ꝑ suis surgē vtutib⁹ nō valet: q̄ cū se nihil ex se eē ꝓsiderat: discit pculdubio cui⁹ adiutorīū reqrat. Que tñ supna miseratio captū quasi a fouea euehit: q̄ hūc infirmitate cognita ad veniā reducit. Leene itaq̄ more ꝓpt supbiaz ad superiores partes in caueā remeat: qui cū de virtute extollitur lapsus ad desideria in humilitate religatur. Que enim prius ꝓpria pūptiōe perierat

mira pietate agit. vt infirmitatis sue iam no
ticia clausus viuat. Quod qz sanctꝰ vir cre/
B bzo accidere hominiꝫ ꝓspicit: nr̃i in se peri
culi vocem sumit: vt cũ nos eiꝰ flet ꝰ agnosci
mus: que in nobis sunt flenda discamꝰ. Sed
cũ mentẽ nr̃am elatio erigit: sũmsa nob ꝓti/
nus compũctio amoris recedit: cũ ꝝo super
Tex. na nos gratia visitat: statim p lachrymas ad
desideria instigat. Uñ ꝛ apte subiũgit. ℣ Re
uersusq; mirabiliter me crucias. Cũ ab auc/
toze relinq̃mur: nec ipsa vllaten⁹ destitutio/
nis nost re dãna sentim⁹. Quo em̃ lõge nos
cõditoz deserit: eo mẽs nr̃a insensibiliꝰ obdu
rescit: nulla que dei sunt diligit: nequaq; sup
na ꝓcupiscit: ꝛ quia amoris intimi calozẽ nõ
habet: frigida deozsum iacet: ac miserando:
modo fit quotidie tãto securioz quãto peioz
cũq; vnde sit lapsa nõ memmit: ꝛ supplicia
secutura non metuit: q̃tũ lugenda sit nescit.
T At si afflatu sancti spũs tangit: ad cõsidera
tionẽ ptinus sue pditõis euigilat: in celestiũ
inquisitiõe se excutit: amoris sui estib⁹ inar/
descit: que se circũpzimũt damna ꝓsiderat:
et plozat sese afficiẽs pficiẽs que pri⁹ leta toz
pebat. Bene ergo ꝓditoz dicit: Reuersusq;
mirabiliter me crucias: qz oipotẽs deꝰ vnde
mentẽ nr̃am visitãs ad amozẽ suũ erigit: ino
hanc plachrimas grauiꝰ affligit. Ac si apte
dicat: Relinquẽdo me nequaq; afficis: quia
insensibilẽ reddis: sed cum reuerteris cruci
as: qz dum te insinuas mihi: me q̃ sim lugẽ/
dus demonstras. Uñ nequaq; se penaliter
sed mirabiliter asserit cruciari: quia dũ p fle/
tũ mẽs ad sũma rapit cõpũctiõis sue penam
gaudẽs mirat: ꝛ libet affici: qz afflictiõe sua
se ꝓspicit ad alta subleuari.

A ℣ Cap. XLIII

Epe autem cum nos a sancti desi/
derij exercitatione torpescere superna
pietas cernit: exẽpla se sequentium
nr̃is obtutib⁹ obiũcit. vt mens p ociũ remis/
sa: quo in aliꝰ vigilantiã ꝓfectꝰ ꝓsiderat: eo
Tex in se pigritudinẽ torpis erubescat. Uñ et rec
te sbiũgit. ℣ Instauras testes tuos ꝓtra me
et multiplicas irã tuã: ꝛ pene militant in me
Testes enī dei sunt: qui per exercitiũ sancti
operis testant: que electos secutura sint pze
mia veritatis. Unde hos quoq; quos p ve
Apoc.2. ritate passos agnoscimus greco eloq̃o mar/
tyres. id ẽ testes vocamus. Et p iohãnẽ vo/
ce euangelica dñs dicit. In dieb⁹ antiphas
testes mei fidelis: q̃ occisus ẽ apud vos. Sz
testes suos ꝓtra nos dñs instaurat: cũ electo
rũ vitã prauitati nr̃e ꝓtrariã: ad arguendos
nos instruẽdosq; multiplicat. Cõtra nos er
go testes illiꝰ instauranť: qz cũcta que agũt:
studijs nr̃e prauitatis aduersa sunt. Und et
sermo veritatis aduersarius vocať: cũ medi
atoz vocẽ p euangeliũ dicit: Esto ꝓsentiẽs Mat.5.
aduersario tuo cito: dũ es cũ illo in via. Atz B
de hoc eodẽ redẽptoze reprobi psequentes
dicũt. Cõtrariꝰ est opib⁹ nostris. Et paulo/
post. Dissimilis est aliꝰ vita illius. Teste s
itaq; suos ꝓtra nos dñs instaurat: quia bo
na que facere ipi negligim⁹: hec ad corrept i
onem nr̃am fieri ab aliꝰ demõstrat: vt q̃ p/
ceptis non accendimur: saltẽ exẽplis excite/
mur: atq; in appetitu rectitudis nil sibi mẽs
nr̃a difficile estimet: qđ pfecte pagi ab aliꝰ
videt. Et fit plexuq; vt cuz aliene vite bona
ꝓspicim⁹: nr̃a solicitius dãna timeam⁹: ꝛ eo
pateſcat q̃to post põdere aiaduersiõis ipe/
timur: quo nũc a bonoz moꝛib⁹ lõge discre
pam⁹. Unde ꝛ testiũ instauratõe memozata
ptin⁹ apte sbiũgit. ℣ Et multiplicas irã tuã Tex.
Eo nobis multiplicari ira dei dicit: quo ee
multiplex indicať: qz ex ipa nunc bonoz vi
ta ꝛ labore cognoscimus: si emẽdari dũ tps
est nolum⁹: quãta post aiaduersione feria
mur. Electos q̃ppe dei cernimus: ꝛ pia age
re: ꝛ crudelia multa tolerare. Hinc ergo col
ligitur district⁹ iudex q̃ta illic feriat districti
one quos reprobat: si hic sic cruciat quos
amat: petro attestãte q̃ ait: Temp⁹ ẽ vt iudi 1.Pe.4.
ciũ icipiat ꝺ domo dei. Si aũt pmũ a nob: q̃s
finis illoz q̃ nõ credũt dei euãgelio? Omni/
potẽs igit deꝰ cũ cõtra nos testes instaurat L
iram multiplicat: qz quo bonoz vitaz nr̃is
oculꝰ obijcit: eo prauitatis ppetrate duritiã:
qua districtiõe iudicio pcutiat oñdit. Nã
cũ solis se sequẽtib⁹ dona exaggerat: torpẽ/
tes iã qz reliq̃rit demõstrat: Cũ bõa g̃ i aliꝰ
cernim⁹: valde necesse ẽ vt ꝛ exultationẽ nr̃e
formidini: ꝛ formidinẽ nr̃e exultatiõi m⁹scea
m⁹: q̃tin⁹ ꝛ de alienis pfectib⁹ caritas gau/
deat: ꝛ ꝺ suis infirmitatib⁹ ꝓscia ptimescat.
Sed cũ fraterno pfectu reficimur: cũ distri/
ctionẽ sup nos interni iudicis ex ipo nr̃e toz
pore pensam⁹: q̃d restat n⁹si vt ad discutien
dũ se animus redeat: ꝛ q̃quid in se reprobũ
quicq̃d prauũ deꝑhendit affligat: Uñ ꝛ ap
te sbiũgit. ℣ Et pene militãt in me Cõsidera Tex.
tis q̃ppe dei testib⁹ pene in nobis militant:
qz dũ mirãda illoz facta ꝓspicimus: vitã no
strã q̃ ex eoz nobis ꝓpatiõe displicet studio
sa afflictõe cruciam⁹: vt q̃cq̃d i nobis pollue
rũt opa: diluãt lamẽta: ꝛ si q̃d adhuc culpa
delectatiõis inquinat: pena merozis tergat.
Btũs igit Iob: qz vitã patrum p̃cedentium B
conspicit: q̃d i se gemere debeat subtili⁹ agno

scit. Sed magni doloris magisterio duz sua plangit: ad lamenta nos instruit: vt quo virtutes in alijs cernimus: eo apud districtum iudicem nostra solicite delicta timeam⁹. Sequitur. ℣ Quare de vulua eduxisti me qui vtinā consumptus essem ne oculus me videret. Nō nimirū prīma oratōne iam ptulit dicens. Quare nō in vulua mortu⁹ sum? Qui ex hoc quoq; quod hic addidit sbdens: fuissem q̄si non essem de vtero translatus ad tumulū illic vbis alijs non aliter adiūgit dicēs Sicut abortiuū absc̄ditū nō sbsistere: vel q̄ conceptinō viderūt lucē. Quia vero hec superius late digessimus: p vitādol ectoris fastidio expositā replicare declinam⁹. Seq̄t.

℣ Cap̄. XLIIII

Quid nō paucitas dierum meorū finietur breui? Cautū se ac solicitū viuere ostēdit: qui brevitatē p̄sentis vite considerans: nō ei⁹ vsum ꝑ terminū ꝓspicit: vt ex fine colligat: nihil esse q̄ transiens delectat. Hinc nāq; p salomonē dicit: Si ānis multis vixerit homo ⁊ in his oibus letat⁹ fuerit meminisse debet tenebrosi temporis et dierū multoz: qui cū venerint vanitatis arguunt p̄terita. Hinc rursum scriptū est: In omnib⁹ operibus tuis memorare nouissima tua ⁊ in eternū nō peccabis. Igitur cū culpa animū tentat: mēs necesse ē vt breuitatem sue delectationis aspiciat: ne ad vltimā uacem mortē iniquitas rapiat: cū constet q̄ ad terminū citi⁹ mortalis vita p̄currat. Sed sepe oculus contemplationis nostre cōfunditur: dum dolor noster flagellis crebrescentibus aggrauatur: libet p̄sentis vite exiliuz gemere: sed p̄ ipa afflictione mens nō valet damna sue cecitatis estimare. Vñ ptin⁹ subdit ℣ Dimitte ergo me vt plāgā paululū dolorem meū. Sicut enim moderata afflictio lachrimas exprimit: ita immoderata sbducit: quia merorip̄e quasi sine meroze fit: q⁹ afflictam mentē deuorans: sensum doloris tollit. ℣ Vir igitur sanctus feriri plusq; sufficit pertimescat dicens. Dimitte ergo me vt plangā paululū dolorem meum. Ac si aperte dicat Flagella me percussionis tempa: vt moderatis doloribꝰ estimare mala que patiorflendo conualescaz. Quod tamen intelligi ⁊ aliter potest ℣ Sepe nanq; peccator iniquitatis sue vinculis ita constringitur: vt pondus q̄dem peccatorū tolleret: ꝑ tamen quia tollerat ignorat: sepe autem si cognoscat quanto reatu p̄mit: erūpere in lachrymas conatur: et nō potest: vt hūc in se mente libera cōuersatiōe integra psequat. Flere ergo dolorem suū non valet: quia ⁊ iniquitat⁹ sue reatum ꝓsiderat et tamen pre terrene occupationis pondere: hūc ei gemere nequaq; vacat. Flere ergo dolorem suū nō valet: qui praui q̄dē ꝓsuetudini cōtraire nititur: sed tamē adhuc succrescentib⁹ desideriis carnis grauatur. Hui⁹ doloris p̄nitia ꝑphete mentē cruciauerat: cuz dicebat: Dolor me⁹ ꝓtra me est semper: quoniā iniquitatem meā ego p̄nūciabo et cogitabo p peccato meo. Sed solutis iniquitatis vinculis dimissum se nouerat: q̄ exultabat dicens: Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiā laudis. Tunc igitur ad plāgendum dolorem nos dominus dimittit: cū et mala nobis que fecimus demōstrat: atq; ad hec eadem flēda que cognoscimus adiuuat: culpas oculis obūcit: ⁊ pia manu gratie vincula cordis soluit: vt ad vacatōem patiētie mens nostra se erigat: ⁊ carnis soluta cōpedibus in auctorem suū gressuz libera amoris tendat. ℣ La. XLV

Verūq; etenim vitam nostram ipsi reꝑhendimus: sed tamen libēter agimus: hoc quod in nobis recte reprobam⁹. Ad iusticiā spiritus nos erigit: ad cōsuetudinē caro restringit: amori suo mens renitit: sed ptin⁹ delectata captiuat. Vñ ita q̄ dicit: Dimitte ergo me vt plangā paululuz dolorē meū: quia nisi a reatu culpe quo nos ligauimus misericorditer dimittamur: perfecte flere nō possum⁹: hoc q̄ in nobis ipis cōtra nosmetipos dolem⁹. Sed tūc veraciter reatus nostri dolor plangitur: cum tenebrosa illa inferni retributio intento timore p̄euidetur. Unde apte sbiungitur ℣ Antq; vadā et non reuertar ad terram tenebrosaz ⁊ opertam mortis caligine. Quid enī terre tenebre nomie nisi tetra claustra tartari signant: que eterne mortis caligo operit? Quia damnatos quosq; imꝑpetuū a vite luce disiūgit. Nec imerito infern⁹ terra dicit: q⁹ q̄cūq; abeo capti fuerint stabiliter tenentur. Scriptū quippe ē: Generatio ꝑterit ⁊ generatio aduenit: terra vo in eternuz stat. Recte igit infernī claustra tenebrosa terra noiant: quia quos puniēdos accipiūt: nequaq; pena trāsitoria vel fantastica imaginatōe cruciāt: sed vltione solida perpetue dānationis seruant. Que aliquādo tamen laci appellatōe signātur: ꝑpheta attestante qui ait: Portauerūt ignominiā suam: cum his qui descendunt in lacum. Infernus autem ⁊ terra nominatur: qui susceptos stabiliter tenet: ⁊ lacus dicit: q⁹ hos quos semel ceperit: semp fluctuātes et trepidos tormētis circūfluētib⁹ absorbet

Sanctus autem vir siue sua: seu humane generis voce dimitti se postulat anteq̃ vadat non q̃ ad terram tenebrosam q̃ culpam defl̃et iturus est: sed quia ad hanc pculdubio qui plãgere negligit vadit: sicut debitori suo creditor dicit. Solue debitum priusq̃ p debito ꝓstringaris: qui tamen non ꝓstringitur si qõ debet soluere non moratur. Ubi et recte subditur. Non reuertar. Quia nequaq̃ vltra misericordia parcentis liberat: quos semel in locis penalibus iustitia iudicantis damnat.

A Ter. ¶ Que adhuc ſbtilius loca describũtur cum dicit: Terrã miserie ⁊ tenebrarum. Miseria ad dolorez ptinet: tenebre ad cecitatem. Ea ergo que ex conspectu districti iudicis expulsos tenet: miserie ⁊ tenebrarum terra phibet: quia foris dolor cruciat quos diuisos a vero lumine int' cecitas obscurat. Quãuis miserie et tenebraruz terra intelligi ⁊ aliter potest. Nam hec quoq̃ ẽra in q̃ nascimur ẽ q̃dẽ miserie ꝫ tenebrarũ nõ est: q̃ multa hic corruptionis nr̃e mala patimur: sed tamen in ea adhuc per cõuersionis gratiã ad lucem redim' veritate sua

Jo.12. dente q̃ ait: Ambulate dũ lucem habetis ne vos tenebre cõprehendant. Illa vero simul miserie ⁊ tenebrarum terra est: quia q̃squis ad toleranda eius mala descẽderit: nequaq̃ vlterius ad lucem redit. In cui' adhuc de-

Ter. B scriptie õsbiũgit. Ubi vmbra mortis ⁊ nullus ordo ſuaſ. Sic̃ mors exterior abania diuidit carnẽ: ita mors interior a dõ sepat aiaz Umbra ergo mortis est: obscuritas diuisionis: quia damnat' quisq̃ cũ eterno igne succendit: ab interno lumine tenebraſ Natura vero ignis est vt exsciẽs et lucẽ exhibeat: ⁊ ꝓcrationem: ꝫ transactorum vltrix illa flãma vitiorum ꝓcrationem habz: ⁊ lumen non habet. Hinc est enĩ q̃ reprobis veritas

Mat.25. dicit: Discedite a me maledicti in ignez eternum: qui paratus est diabolo ⁊ angelis ei'.

Mat.22. Quorum rursum omniũ corp' in vna persona significans dicit: Ligate ei manus et pedes ⁊ mittite eum in tenebras exteriores Si itaq̃ ignis qui reprobos cruciat lumen habere potuisset: is qui repellitur nequaq̃ mit-

Ps.57. ti in tenebris diceret. Hinc etiã ps. ait: Super eos cecidit ignis ⁊ non viderunt solem.

L Ignis enĩ sup impios cadit: ꝫ sol igne cadẽte non cernitur: quia illos quos gehẽna flãma deuorat: a visione veri luminis cecat: vt et foras eos dolor combustionis cruciet ⁊ intus pena cecitatis obscuret: quatenꝰ qui autoꝛi suo corde ⁊ corpore deliquerunt: simul corde ⁊ corpore puniant: ⁊ vtrobiq̃ penas sentiant: q̃ dum hic viuerẽt prauis suis delectationib' ⁊ vtroq̃ seruiebant. Unde bene per pphetã dicit: Descenderũt in infernum cũ armis suis. Arma quippe peccantiũ sunt membra corporis: quibus puersa desideria que concipiunt exequũtur. Unde recte per paulum dicit. Nec exhibeatis membra vestra arma iniq̃tatis peccato. Cum armis ergo ad infernum descendere est: cum ipsis q̃ membris quibus desideria voluptatis expleuerunt: eterni iudicij tormẽta tollerare vt tunc eos vndiq̃ dolor absorbeat: q̃ nunc suis delectationib' subditi vndiq̃ ꝓtra iustitiã iuste iudicãtis pugnãt.

Ezech.32.

Ro.6.

XLVII

A Mirum vero est valde quod dicitur. Ubi nullus ordo. Nec enim omnipotens deus qui mala bene punit: inordinata esse vllomodo vel tormenta permittit: q̃ ipa quoq̃ supplicia q̃ ex lance iustitie pdeunt inferri sine ordine nequaq̃ pñt: quomodo nanq̃ in supplicijs ordo non erit dum damnatũ quemq̃ iuxta modũ crimis et retributio sequit vltionis. Hinc q̃ppe scriptũ est. Potentes potenter tormenta patiũtur: ⁊ fortioribus fortior instat cruciatio Hic in babylonis damnatione dicitur: Quantũ exaltauit se ⁊ in delicijs fuit: tantum date illi tormenta ⁊ luctum. Si igitur iuxta modũ culpe pena distinguitur: cõstat nimirꝝ q̃ in supplicijs ordo seruat: ⁊ nisi tormentoꝝ sũma meritorum acta dirimerent: nequaq̃ iudex veniens dicturum se messoribus esse p-

Sap.6.

Apoc.18.

hiberet. Colligite primum zizania et ligate ea fasciculis ad comburendũ. Si enim null' in supplicijs ordo seruabitur: cur cõburenda zizania: in fasciculis liganť? Sed nimirũ fasciculos ad comburendũ ligare est: hos q̃ eterno igni tradendi sunt: pares paribus sociare vt quos similis culpa inquinat: pare tiam pena constringat: ⁊ qui nequaq̃ dispari iniquitate polluti sunt: nequaq̃ dispari tormẽto crucienť: ãten' simul dãnatio cõterat quos simul elatio subleuabat: quousq̃ non dissimiliter dilatauit ambitio: non dissimilis angustet afflictio: ⁊ par cruciet flãma supplicij: q̃s i igne luxurie par succẽdit flãma pcti. Sicut enĩ in domo pr̃is mãsiones multe sũt p diuersitate ꝛtutis: sic damnatos diuerso supplicio gehenne ignib' subijcit disparitas crimis. Que videlicet q̃uis gehenna cũcta vna sit: tamen cunctos vna eademq̃ qualitate succendit. Nam sicut vno sole omnes tangimur: nec tamẽ sub eo vno ordie oẽs estuamus: quia iuxta qualitatẽ corporis sen-

Mat.13. B

L

titur etiã põdus caloris sic damnatis ꝛ vna est gehenna que afficit: ꝛ tamẽ nõ vna oĩes qualitate cõburit: qꝛ qõ hic agit dispar valitudo coꝛpoꝛ: hoc illic exhibet dispar cã meritoꝛum. Quomodo ergo nullus inesse oꝛdo supplicijs dicitur in quib⁹ ꝓfecto quisq; iuxta modum culpe cruciat? ¶ Ca. XLVIII

A Sed sanct⁹ vir postq; vmbꝛam moꝛtis intulit quãta sit ꝓfusio in damnatoꝛũ mente sꝫiungit: quia ipa quoq; supplicia que oꝛdinata p iusticiã veniũt: oꝛdinata ꝓculdubio in coꝛde moꝛientũ nõ sũt Ut eñ paulo superius diximus: dum dãnatus q̃sq; foꝛas flãma succendit intus cecitatis igne deuoꝛatur: atq; in dolore positus exterius interiusq; cõfundit: vt sua deteriuꝰ ꝓfusione cruciet. Repulsis ergo oꝛdo i supplicio nõ erit: quia in eoꝛ moꝛte atroci⁹ ipsa confusio mentis seuit. Quã tamen mira potentia iudicãtis equitas oꝛdinat: vt penaiam mã quasi inoꝛdinata confundat. Vel certe abesse oꝛdo supplicijs dicit quia quibuslibz reb⁹ in penam surgẽtib⁹ ꝓpria qualitas: nõ seruatur. Unde et ꝓtinus subinfertur. Et sempiternus hoꝛꝛoꝛ inhabitans. In huius vite tormentis timoꝛ doloꝛem habet doloꝛ timoꝛẽ non habet: quia nequaq; mentẽ metus cruciat cuꝫ pati iam ceperit quod metuebat. Infernũ vero ꝛ vmbꝛa moꝛtis obscurat et sempiternus hoꝛꝛoꝛ inhabitat: quia ei⁹ ignibus traditi ꝛ in supplicijs doloꝛeꝫ sentiũt et in doloris angustia pulsante semp pauoꝛe feriunt: vt et quod timent tollerent: ꝛ rursum qõ tollerãt sine cessatiõe ꝓtimescant Be

Esa. 66. his eteñ scriptũ est: Uermis eoꝛũ nõ moꝛietur: ꝛ ignis eoꝛuꝫ non extinguet. Hic flãma que succendit illumiat: illic vt superius verbis psalmiste docuim⁹ ignis qui cruciat obscurat. Hic met⁹ amittit: cũ tollerari iã ceperit qõ timebat: illuc ꝛ doloꝛ dilaniat ꝛ pauoꝛ angustat. Hoꝛrendo igit modo erit tunc reprobis doloꝛ cum foꝛmidine: flamma cum obscuritate. Sic sic videlicet a damnatis: sẽtiri pondus summe equitatis debet: vt quia a voluntate conditoꝛis inequaq; sunt veriti discrepare duꝫ viuerent: in eoꝛ qñq; int eritu ipa a suis qualitatibus etiã tormenta dissoꝛdent: quatenus quo se impugnant eo cruciat⁹ augeãt: ꝛ cum varie ꝓdeunt multipliciter sentiantur. Que tamen supplicia in se demersos ꝛ vltra vires cruciant: ꝛ in eis vite sꝫsidiũ extinguentes seruant: vt sic vitaꝫ terminus puniat: quatenus semper sine termino cruciatus viuat: quia ꝛ ad finem p toꝛmẽta ꝓperat ꝛ sine fine deficiẽs durat. Fit ergo miseris moꝛs sine moꝛte: finis sine fine: defect⁹ sine defectu: qꝛ ꝛ moꝛs viuit: ꝛ finis semp incipit: ꝛ deficere defect⁹ nescit. Quia igitur ꝛ moꝛs perimit: ꝛ nõ extinguit: doloꝛ cruciat: sed nullatenus pauoꝛẽ fugat: flãma comburit ꝫ ne quaq; tenebꝛas discutit: q̃tũ per noticiaꝫ pñtis vite colligit: supplicia oꝛdinem non habent que non suam p omia q̃litatẽ tenẽt: q̃uis illic ignis ꝛ ad ꝓsolationẽ non luceat ꝛ tamẽ vt magis toꝛqueat ad aliquid lucet. ¶ Ca. XLIX.

A Nam sequaces quosq; suos secũ i toꝛmento reꝓbi flãma illustrante viderũt: quoꝛ amoꝛe deliquerunt quatenus qui eoꝛ vitam carnaliter ꝓtra pcepta ꝓditoris amauerant: ipoꝛ quoq; eos interitus in augmẽto sue damnationis affligat. Nõ ꝓfecto euãgelio testãte colligimus Luc. 16. in quo veritate nunciãte diues ille: quem cõtigit ad eternã incendij tormenta descendere: ꝗnq; fratrũ describit meminisse: qui abꝛam petit: vt ad eoꝛum eruditionez mitteret ne illuc eos qñdoq; venientes par pena cruciaret. Quia igit ad doloꝛis sui cumulũ ꝓpinquoꝛ absentiũ meminit: cõstat ꝓculdubio: quia nos ad augmentũ supplicij paulo post potuit etiã pñtes videre. Quid autẽ mirũ si secũ quoq; reꝓbos aspiciat cremari: qui ad doloꝛis sui cumulũ eum quem despexerat in sinu abꝛahe lazarũ vidit? Is ergo cui vt pena cresceret: ꝛ vir electus apparuit cur non credendũ sit quod videre i supplicio eos etiam quos contra deum dixerat posse? Qua ex re colligitur q; eos quos inoꝛdinate nunc reꝓbi diligũt: miro iudicij oꝛdine secũ tunc in toꝛmẽtis videbũt: vt penã ꝓprie punitionis exaggeret: illa quetoꝛi ꝓpe posita carnalis cognatio pariter oculos vltiõe dãnata. Ignis itaq; qui in obscuritate cruciat: credendũ est quia lumen ad toꝛmentũ seruat. Quod si approbare testimonijs in

Dañ. 3. sua cõfessiõe nõ possumus: supereꝛt vt e diuerso doceã⁹. Tres q̃ppe hebꝛee gẽtis puer⁹ caldei regis imperiũ succensis cammi ignibus ligatis manib⁹ pedibusq; ꝓfecti sunt. quos tñ cuꝫ idẽ rex in camini incendio miseꝛat⁹ exploꝛaret: illesis vestibus deambulantes vidit. Ubi aperte colligit quia mira dispositione ꝓditoris ignis q̃litas i diuersa virtute tẽperata ꝛ vestimẽta nõ attigit: ꝛ vincula incẽdit: sctisq; viris ꝛ ad inferendũ toꝛmẽtũ flãma friguit: ꝛ ad solutiõis misterium exarsit. Sicut ergo electis ignis ardere nouit ad solatiũ: ꝛ tamẽ ardere ad supplicium nescit: ita e diuerso gehenne flãma reꝓbis et

nequaq̃ lucet ad consolatiõis gratiã ꝛ tñ lucet ad penã: vt damnatoꝝ oculis ignis supplicij ꝛ nulla claritate candeat: ꝛ ad dolꝛis cumulũ dejecti qualiter crucient ostendat. Quid autem mirum si gehenne ignem credimus habere suppliciũ simul obscuritatis et luminis: qñ experimento nouim⁹: q: ꝛ te clarũ flamma lucet obscura? Tunc edax flãma comburit quos nũc carnalis delectatio polluit: tũc infinite patens inferni baratꝝ deuorat: quos nũc iannis elatio exaltat: atq̃ quolibet ex vitio hic volũtatem callidi persuasoris expleuerũt: tũc cui⁹ suo duce reprobi ad tormenta pueniũt.

A

V Ca. L

Ejus angeloꝝ atq̃ hominũ lõge sit natura dissimilis: vna tamẽ pena implicat: quos vn⁹ in crimine reat⁹ ligat. Quod bene ac breuiter insinuat pphe Ezech.32. ta qui ait. Ibi assur ꝛ omnis multitudo ei⁹ ꝛ in circuitu ei⁹ sepulchra illi⁹. Quis nanq̃ assur superbi regis noie: nisi ille p elatõez cadẽs antiqu⁹ hostis exp̃mit? Qui p eo q̃ multos ad culpã ptrahit cũ cũcta sua multitudie ad inferni claustra descendit. Sepulchra autẽ mortuos tegũt. Et q̃s alius mortem acri⁹ p tulit q̃ is qui conditorẽ suũ despiciẽs vitam reliquit? Quẽ vicz mortuũ cum hũana corda suscipiũt eius ꝑuldnbio sepulchra fiũt. Sed in circuitu ei⁹ sepulchra illi⁹ sũt. Quia in quorũ se mentib⁹ nunc per desideria sepelit: hos sibi postmodũ tumultũ per tormenta coniũgit. Et quoniã nunc in semetipis reprobi malignos spũs illicita perpetrando suscipiũt: tũc sepulchra cũ mortuis ardebunt. Ecce que maneat damnatis pena cognouimus ꝛ instruente nos sacro eloquio q̃t⁹ in damnatione ignis: quãta in igne obscuritas quantusq̃ in obscuritate pauor sit nullatenus ambigim⁹. Sed quid ꝓdest ista p̃nosse si non cõtingat euadere? Tota ergo intentione curandum est: vt cũ vacationis temp⁹ accipim⁹: bene viuendi studio malorũ: vltricia tormenta fugiam⁹. Hinc quippe per salo- Sap.6. monem dicit. Quodcunq̃ potest facere manus tua instanter operare: q: nec opus nec ratio: nec sapiẽtia: nec scientia erit apud inferos: quo tu ꝓperas. Hinc esaias ait. Quẽri- Esa.55. te dñm dũ inueniri potest: inuocate eũ dũ p- 2.Cor.6. pe est. Hinc paul⁹ dicit. Ecce nũc temp⁹ acceptabile: ecce nũc dies salutis. Hinc rursuz Hebr.4. ait. Dum tempus habem⁹: opemur bonuz ad omnes.

V Ca. LI.

verbis vero subsequẽtibus q̃bus ait: apud ipsum est fortitudo ⁊ sapientia: luce clarius demonstrat: q̃ prius in iudicio p̃ virtutẽ rẽpros destruit: ⁊ postmodũ in electorũ mentibus eterni regni pfecto lumine infulget. Sz quia ante extremi diem iudicij iudicare quotidie occultis dispositionibus facta mortalium nõ desistit: ad hoc quod nũc agit redit cum subdit. Ipse nouit decipientem: ⁊ eum qui decipitur. Adducit consiliarios: in stultum finem: ⁊ iudices in stuporem. Cum omnis qui primum suũ decipere conat iniqu⁹ Mat.7. sit: ⁊ iniquis vitas dicat: Nũquã noui vos discedite a me qui operamini iniquitatẽ: q̃liter hoc in loco dicit: quia dominus decipiẽtem nouit. Sed quia scire dei aliquando cognoscere dicit: aliquãdo approbare: ⁊ scit iniquũ qua cognoscẽdo iudicat. Necz enim iniquũ quẽpiã iudicasset: si nequaq̃ cognosceret. Et tñ iniquũ nescit: q⁹ ei⁹ facta nõ approbat. Et nouit ergo: q⁹ deph̃dit: ⁊ nõ nouit q⁹ hunc in sue sapiẽtie specie nõ recognoscit sicut de veraci quolibet viro dicit: q⁹ falsitatem nesciat: nõ q⁹ cũ vel ab alijs falsum dicit hoc reph̃endere ignorat: sed eandẽ ipsã fallaciam ⁊ scit in examine: ⁊ nescit i amore: vt videlicet ipse hãc nõ agat: quã actã ab alijs dãnat. Et fit plerũq̃ vt nõnulli insidijs vacantes aliene vite puersitatis sue laqueos tendãt: ⁊ cũ quis nesciẽs eisdẽ laqueis capi conspicit. vtrũ hec diuinit⁹ videant fortasse dubitat: miranq̃ hoies si hec deus videat: cur fieri pmittat: sed ipse nouit decipientem ⁊ eũ qui decipit. Nouit ei decipientẽ: q⁹ plerũq̃ anteriora ei⁹ mala cõspicit: ⁊ hũc iusto iudicio cadere etiam in alia peccata pmittit. Nouit decipientẽ: quia in manu suoz operũ dimissũ hunc vt ad peiora p̃ruat deserit: Apoc.22. sicut scriptũ ẽ. Qui nocet: noceat adhuc: ⁊ q̃ in sordibus est: sordescat adhuc. Nouit quoq̃ ⁊ eum q̃ decipitur: quia sepe committũt homines mala que sciunt: ⁊ idcirco pmittũtur decipi: vt cadãt in mala: etiã q̃ nesciunt. Quod tamen deceptis aliquãdo ad purgationẽ: aliquãdo vero ad vltionis initiũ fieri solet. Adducit aũt cõsiliariorios in stultũ finẽ: cũ etiã bonũ quodlibet: nõ bona intentione faciũt: sed ad tpalis muneris retributionem tendunt: Si enim ipse sũmi patris vnigenitus: q⁹ p̃ hoc q̃ factus est homo eterna nunciauit magni cõsilij est angelus vocatus recte cõsiliarios p̃dicatores accipimus: qui suis auditoribus cõsiliũ vite p̃bent. Sed cũ p̃dicator quisq̃ ideo eterna predicat: vt temporalia lucra cõsequat profecto i stultum finem deducit: quia illico per laborem tendit vnde per mentis rectitudinẽ fugere debuit.

Bene aũt subdit: ⁊ iudices in stuporem. Omnis eñ qui examinã dis alioz moribus p̃sunt: recte iudices vocant. Sed cũ is q̃ p̃est subiectorũ vitã nequaq̃ solicite discutit: nec quẽ qualiter corrigat agnoscit: in stuporẽ iudex deducit⁹ est: q⁹ qui iudicare mala acta debuit: nequaq̃ ea q̃ iudicanda sunt deph̃dit. Sequit. Baltheum regũ dissoluit: ⁊ p̃cingit funes reges eoz. Qui mẽbroz suoz motus bene regere sciunt. nõ immerito reges vocant. Sz cum de ipsa continentia elatione mens tãgitur: plerũq̃ omnipotẽs de⁹ eius superbiam deserens: hãc in imũditiã opis cadere p̃mittit. Regum itaq̃ baltheũ dissoluit: quãdo i hijs qui bene regere sua membra videbant p̃pter elationis culpã castitatis in eis cingulũ destruit. Quid vero in funes accipit: nisi peccatũ: sicut p̃ salomonẽ dicit. Iniq̃tates Prou.5. sue capiũt impium: ⁊ funibus peccatorũ suorũ cõstringit. Et q⁹ in renibus carnis delectatio p̃cipat districtius cõscientiarum iudex qui regum baltheũ dissoluit: funes p̃cingit renes eoz: quatinus dissoluto castitatis cingulo scz eoz membris delectatio pcti dominet: vt quos in occulto supbia inquinat: q̃ sint detestabiles etiã in publico ostendat. Sequit. Ducit sacerdotes inglorios: et optimates supplantat. Magna sacerdotis gloria ẽ rectitudo subditoz. Unde bñ egregius p̃dicator discipulis dicit: Que ei ẽ nra 1.Thes.2. spes aut gaudiũ: aut corona glie: nõne vos ante dñm? Sed cũ sacerdotes vitã discipulorum negligũt: ⁊ nullũ de eoz p̃fectib⁹ ante dñm fructũ ferũt: q̃d aliud: q̃ inglorij dicũtur: quia ante districtũ iudicẽ nimirũ gloriaz tunc non inueniũt: quã modo in subditorũz suoz moribus p̃dicationis studio non exq̃runt. Bene aũt dicit. Et optimates supplãtat: quia cũ mentẽ regẽtiũ iusto iudicio deserit: hoc internũ retributiõis p̃miũ nõ req̃rit: ⁊ in eo supplãtaq̃ quo fallit vt p̃ eterna gloria de principatu tpali gratuleť. Supplãtatur igit optimates. q⁹ dum vera celestis patrie p̃mia negligunt: in suis hic voluptatib⁹ cadunt. Sequit. Cõmutãs labiũ veracium: ⁊ doctrinã senũ auferens. Cũ sacerdos nõ agit bona que loquit: ei etiam sermo subtrahit: ne loqui audeat q̃d nõ opat: sicut p̃ pphetã dr. Peccatori aũt dixit deus: q̃re tu Ps.49. enarras iusticias meas: et assumis testamtũ meũ p̃ os tuũ? Añ ẽt dep̃cat dicẽs. Et ne auferas de ore meo vbũ veritatis vsquequaq̃ p̃pẽ

dit nanq; qđ oi potens deus veritat's ver/
bum facientibus tribuit: ⁊ non facientibus
tollit. Qui g̃ b̃ de ore suo non auferri petijt:
quid aliud: q̃ gratiã bone operationis que/
siuit: Ac si aperte diceret. A bono opere er/
rare me non sinas: ne dum amitto ordinẽ be
ne viuendi: rectitudinẽ perdã loquẽdi. ℣ X

Et plerunq; doctor q̃ docere audet
quod negligit agere: cuz desierit bo
na loqui: que operari contẽpsit: do/
sto omnipotentis dei iudicio in bono tã nec
linguã habeat: qui habere bonã vitam recu
sat: quatin⁹ cũ mens ei⁹ terrenarũ rer⁹ amo/
rib⁹ incẽdit: đ terrenis reb⁹ semp loquat. An
de in euangelio veritas dicit: Exabundãtia
cordis os loquit. Bon⁹ homo de bono the
sauro pfert bona: ⁊ malus homo de malo
thesauro pfert mala. Hinc etiã iohãnes ait:
Ipsi de mũdo sunt: ideo de mundo loquũt.
Bene ergo dicitur. Cõmutans labiũ vera/
tium: ⁊ doctrinã senum auferens: quia hij q̃
prius celestia pdicando veraces erant: dum
temporalia diligentes ad terrena corruũt: la
bium veracium cõmutat. Et senũ doctrina
tollit: quia diligentes tẽporalia: priorũ suo
rũ p̃cepta minime sequunt: vt locũ regimi/
nis q̃si ad fructũ voluptatis teneant: non ad
vsum laboris. Quod tamen apertius de iu/
deis valet itelligi: qui ante incarnationẽ do
mini veraces fuerũt: quia hunc venturũ esse
crediderũt atq; nũciauerũt: sed postq̃ i car/
ne apparuit hũc esse negauerunt. Labiũ ita/
q̃ veraciũ mutatũ est: quia quẽ venturum
dixerãt: negauerũt psentem. Et doctrina se
nũ ablata est: quia nequaq̃ ea credẽdo secu
ti sunt: que patres suos pdixisse meminerũt
cat corda filiorũ ad patres eor: vt doctrina
senum que nũc a iudeor⁹ corde ablata ẽ: tũc
miserante domino redeat: quãdo hoc intel/
ligere de domino ceperint filij: quod pdica/
uerũt patres. Sin vero senes eodem quoq;
iudeos accipimus: qui suadente pfidia veri/
tatis verbo cõtraire conati sunt: doctrina se
nũ ablata est: postq̃ hãc ecclia ex gentib⁹ vi
delicet iuuenibus accepit: que per psal. dicit
Sup seniores intellexisse. Quaz q; opando
tenuit: qualiter sup seniores intellexerit oñ/
dit: dum ptin⁹ subdit dicẽs: q; mãdata tua
exquisiui. Quia eñ studuit operãdo imple/
re quod didicit: accepit intelligere: qđ doce/
ret. Vñ adhuc apte subdit. ℣ Effundit de/
spectionẽ sup principes: ⁊ eos q̃ oppressi fu/
erant releuãs. Cũ eñ iudeor⁹ popul⁹ ⁊ in
gis mandato pmaneret: ⁊ cuncta gentilitas
nulla dei p̃cepta cognosceret: ⁊ illi p fidẽ pn
cipari videbant: ⁊ isti in pfundo pressi iacu/
erant per infidelitatẽ. Sed cũ incarnationis
dominice misteriũ iudea negauit: gentilitas
credidit: ⁊ pncipes in despectionẽ ceciderũt.
Et hũ q̃ oppressi in culpa pfidie fuerãt: in ve
re fidei libertate leuati sunt. Hũc vero israe.
litic cũ casum lõge ante hieremias intuẽs ait
Factus est domin⁹ velut inimicus: pcipita Treñ.2.
uit israel: precipitauit menia eius: dissipauit
inimicos eius. ℣ XI

Menia autẽ in vrbis ornamẽta sunt: A
munitiones vero in defensionẽ. Et
alia sunt dona que nos muniũt: alia que or
nãt. Prophecia quippe: doctria: genera lin
guarũ: curationũ ⁊tus: quasi quedã menia
mẽtis sunt. Que ⁊ si quisq; nõ habeat: stare
munit⁹ p fidẽ ⁊ iustitiã potest: quãuis orna/
tus virtutũ altitudine minime eẽ videatur.
Spes vero fides ⁊ caritas: nõ nostra menia
sed munitiões sunt: que ñ habere negligim⁹
hostilibus insidijs patemus. De iudea ergo
quia pphetiã atq; doctrinã: vel miraculor⁹ B
signa abstulit: menia precipitauit. Quia ve/
ro spem: fidez: atq; caritatem propter ei⁹ du
riciam auferri pmisit: munitiones eius dissi/
pare studuit. Rectus vero ordo seruatus ẽ:
vt prius menia ⁊ post munitiones dissipate
dicerenť: quia cũ peccatrix aia relinquitur.
prius ab ea virtutũ dona que ad manifesta/
tionẽ spiritus data sunt: ⁊ postmodũ spei fi/
dei atq; caritatis fundamẽta destruũť. Que
cũcta dñs a pfidis ablata: gentilitati tribuit
atq; ex hijs que in fidelib⁹ abstulit: mẽtes fi/
delium ornauit: vnde scriptuz est: Et speciei ps.67.
domus diuidere spolia. Cum enī virtutum
spolia a iudeis abstulit: domui cordis genti/
lium quam per fidem inhabitare dignat⁹ est
speciem donorum dedit. Quod videlicet ge
stũ est: cũ ẋba dei iudeor⁹ pplis ad solã lit/
terã que occidit acciperet: ⁊ conuersa gentili
tas p spiritũ q̃ viuificat penetraret. Vñ mox
subdit ℣ Qui reuelat pfũda đ tenebris ⁊ p Tex.
ducit i lucẽ vmbrã mortis. Cũ ei quecq; misti
ca de occultis pphetar⁹ ẋbis a credẽtibus
agnoscunť: q̃d aliud q̃ pfunda de tenebris
reuelanť: Vñ quoq; ipa veritas discipulis
i parabolis loquens ait: Qđ dico vobis in Mat.10.
tenebris: dicite i lumine. Cũ ei misticos alle/
goriarũ nodos p explanationẽ soluimus in
lumine dicimus qđ in tenebris audiuimus.
Vmbra aũt mortis erat legis duricia: ō vnũ L
quẽq; peccãtẽ morte corporis puniri saucie/
bat. Sed postq̃ redẽptor noster asperitatẽ;

legalis sanctionis p mãsuetudinẽ tpaust: nõ iam p culpa mortẽ carnis inferri ꝓstituit: sed mors spũs q̃tũ timẽda esset indicauit: in lucẽ pculdubio vmbrã mortis pduxit. ℣ XII

A ISta eñ mors in qua caro sepaꝝ ab aia vmbra illius mortis est: in q̃ aia sepaꝝ a deo. In lucẽ ǧ vmbra mortis pducit: cũ intellecta mortis spũs mors carnis minime timeꝝ. Quod tñ aliter intelligi potest. ℙrincipes eteñ nõ imerito vocãtur q̃ magno ꝓsilij iudicio suis cogitationib⁹ semp p̃ncipant: oẽsq; stultos mot⁹ ptate sapiẽtie cõprimũt. Sz sepe ꝓtingit: vt in occulto anim⁹ de ipa sua sapia i elatiõis fastu subleueꝝ: ꝛ sub eis vicijs corruat: ꝺ q̃b⁹ se victore fuisse gaudebat. Recte ǧ ꝺr. Effundit despectionẽ sup p̃ncipes. Sz qz nõnũquã hi q̃ in vicijs iacere videñ a pnie lamẽta currũt seq; ꝺ culpas q̃bus subiacebãt erigunt: apte subiungiꝝ. Et eos qui oppressi fuerãt releuãs. Nõnulli eñ surpno illustrati munere aspiciũt: in quãta pctoꝝ suoꝝ turpitudine iacent: factoꝝ maculas lachrimis lauãt: ꝛ sub se postmodũ carnis sue motũ deprimũt: a q̃b⁹ ante p̃mebanꝝ. Qd nimirũ magna oipotentis dei dispẽsatione agiꝝ: vt videlz in hac vita oia habeanꝝ incerta: ꝛ null⁹ ex habita castitate supbiat: qz effundit despectionẽ sup p̃ncipes. Nullus ex vicioꝝ suoꝝ depressione desperet: qz eos q̃ oppꝑssi fuerãt releuat. Et qñ cũ hec agunꝝ ex occultis dei cõsilijs sup vnũquẽq; sentẽtia apta pducitur recte subiungiꝝ. Et reuelat ꝑfunda de tenebris. ℙrofunda eñ de tenebris dñs reuelat: quãdo aptã sniam ex occultis suis ꝓsilijs indicat vt de vnoquoq; q̃ sentiat oñdat. Quia enim videt nũc creator oia: ꝛ ipe in ꝓsilijs nõ videtur: recte de illo p psalmistã ꝺr: ℙposuit tenebras latibulum suũ. Sed q̃si de istis tenebris ad lumẽ exit: quãdo q̃d de vniuscuiusq; actib⁹ sentiat oñdit. Et qz cũ is q̃ peccatoꝝ suorũ põdere p̃mebaꝝ: ad rectitudinis statũ ducit: pus ipam mortẽ conspicit: in qua ꝛ defícere cõsueuerat: ꝛ hanc ꝓsiderare nesciebat: recte addiꝝ. Et pducit in lucẽ vmbrã mortis

Tex. Umbra eñ mortis: est praua opatio: que ꝺ imitatione antiqui hostis: q̃si de corpis linia mẽtis exprimiꝝ. De quo etiã sub cuiusdã signification ꝺr. Et nomẽ illi mors. Et plerũq; ei⁹ mala cogitatio mẽtes hoim latet: atq; p hoc q̃ nesciꝝ ampli⁹ pualet. Umbra ǧ mortis in lucẽ pducit: dũ sanctoꝝ mentib⁹ maligna opatio antiqui hostis vt destrui possit aperitur. Sequitur. ℣ XIII

Tex. Q Ui multiplicat gentes: ꝛ pdit eas: ꝛ subuersas in integrũ restituet. Intelligi sollertasse valet qñ gẽtes dñs multiplicat ꝛ pdet qz nascunꝝ quotidie morituri: ꝛ subuersas in integrũ restituet: qz resurgẽt q̃ fuerũt mortui. Qd tñ meli⁹ accipim⁹ si de hoc q̃liter i earum mẽte agiꝝ sentiam⁹. Multiplicat ei gẽtes ꝛ pdit qz eas ꝛ p fecũditatẽ sobolis extẽdit: ꝛ tñ i ꝓpria infidelitate derelinquit: ꝛ subuersas in integrũ restituet: qz q̃s in infidelitatis casu reliquerat: qñq; ad fidei statũ reduxit. Quib⁹ videlz i mẽtis integritate restitutis antiqu⁹ ille pplus q̃ fidelis deo esse videbaꝝ reprobat⁹ corde repulsus ẽ: vt sua pfidia decepti ꝓtra ipm post insurgeret: quẽ añ ꝓdicauit. Sequiꝝ. ℣ Qui imutat cor p̃ncipũ pplꝝ terre: ꝛ decipit eos vt frustra incedãt p inuium. ℙalpabũt q̃si in tenebris ꝛ nõ in luce: ꝛ errare eos facit q̃si ebrios. Cor ei⁹ p̃ncipũ terre imutatũ ẽ: cũ in iudea sũmi sacerdotes ꝛ seniores pplꝝ: illi conabanꝝ suo ꝓsilio obsistere: quẽ ꝓpus vẽtur ꝓdicabãt. Cũq; ei⁹ nomẽ psequẽdo molirenꝝ extinguere: decepti sua malitia incedere p inuiũ frustra conabãt: qz crudelitati eoꝝ patere via non poterat ꝓtra auctorẽ oim. Mirabilia cernebãt: ꝛ tute terrebãt: sz credere rennuẽtes: adhuc signa q̃rebãt: cũ dicerent: Quod ergo tu facis signũ: vt videam⁹ ꝛ credam⁹ tibi? Quid operaris? Jo.2. Bñ itaq; dicit: ℙalpabũt q̃si in tenebris: et nõ in luce. Qui ei inter tot apta miraculatre pidat: quasi in tenebris palpat: qz qõ tangit nõ videt. Dis vero q̃ errat: nũc huc: nũc illuc ducit. Et qz aliq̃n oñdebãt credere cũ dicerẽt. Nisi eẽt h̃ a deo: nõ poterat facere hmõi sig̃: aliquãdo vero hũc a deo esse denegabãt cũ despiciẽtes dicerẽt: nõne hic ẽ fabri filius? Mat.6. nõne mater ei⁹ dicit maria ꝛ fratres eius iacob ꝛ ioseph ꝛ simõ ꝛ iudas: ꝛ sorores ei⁹ nõ ne oẽs apud nos sũt? Recte subiungiꝝ. Et ℣ XIIII

Tex. Q Uerrare eos faciet: q̃si ebrios. Videbãt q̃ppe eũ ꝛ suscitare mortuos: ꝛ tñ eẽ mortalẽ estimabãt. Quis nõ crederet deũ: quẽ conspiciebãt suscitare mortuũ. Sz rursũ: cũ hũc mortalẽ ꝓpicerẽt: despiciebãt credere hũc esse imortalẽ deum: ℙer hoc ǧ q̃ oipotens de⁹ talẽ se eoꝝ oculis exhibuit: q̃ possit ꝛ diuina oñdere: ꝛ hũana pati: errare eos q̃si ebrios fecit: vt eoꝝ superbia q̃ incarnationis misteriũ despicere maluit: q̃q; sequi: ꝛ ꝓtra hũanitatẽ ei⁹ se extolleret ꝛ intus lucentẽ deitas eius potẽtia miraret. Que cũcta quia beati iob oculis p̃tia p prophetie spm̃ facta sunt: recte subiungiꝝ. Ecce oia. In illo ei ea que secutura erãt videbãt assistentia: cui nec futura veniunt: nec ꝑteri/

ta discedũt:sed cuncta simul añ eiꝰ oculos assi
stunt. Et quia eaipa que vẽtura erant:alia
Job. eẽ vidit in opibꝰ:alia i dictis:recte sbiũgit.
La.XIII.
B

ET vidit oculꝰ meus:ꝛ audiuit auris mea. Sed vtilitatem dicta non habent si in tellectu carent. Vnde apte sbdit. Et intelle/xi singula. Cum enim aliquid ostendit vl'au/dit :et si intellectus nõ tribuit ꝓphetia mini/me est. Vidit nanq; pharao ꝙ somnium que
Gen.41. erant egipto ventura:sed quia nequit intelli/gere qđ vidit:ꝓpheta non fuit. ℣ Vic aspex/it balthasar rex articulum manus scribentis
Dan.5. in pariete:sed ꝓpheta nõ fuit:quia intellectũ rei quã viderat non accepit. Ut igitur bea/tus iob ꝓphetie spũ se habere testet:nõ so/lũ vidisse et audisse:ſ etiam intellexisse se oia asserit. De quo intellectu quia non extollit subiuncta eius verba testant:cũ ait ℣ Secũ
L dũ scientiã vestrã ꝛ ego noui.nec inferior ve/stri sum. Quibꝰ vicz dictis innotuit:quante humilitatis fuit:qui se eis inferiorem negat. quorum longe vitam sancte viuẽdo trãscen/derat. Nã ꝛ ꝑm eoꝝ sciam se nosse cõfirmat:
Ter. qui sciẽdo celestia eoꝝ terrenas cogitatiões per ꝓphetie quoq; spũ transibat. Sequit Sed tñ ad omnipotentez loquar:ꝛ disputa/re cum deo cupio. Cũ oipotente loquimur:
L dum eius misericordiam deꝑcamur. Cũ eo vero disputamꝰ:dum nos illius iusticie con/iũgẽtes:facta nostra sbtili indagatiõe discu/timus. vel certe cum deo disputare est:cum qui hic eiꝰ ꝑceptis paruit:cũ illo postmodũ
Mat.19. ad iudicandos populos iudicem venire:sic/cuncta relinquentibꝰ ꝑdicatoribꝰ dr:Vos q̃ secuti estis me:in regeneratione cũ sederit fi/lius homis in sede maiestatis sue:sedebitis et vos sup duodecim thronos: iudicantes
Esa.1. duodecim tribus israel. Unde per esaiã dñs dicit:Eripite iniuriam accipientẽ:iudicate pupillo:ꝛ iustificate viduam:ꝛ venite disputem. Rectũ q̃ppe est:vt cum deo de populi iudicio disputent:qui ad verba dei ꝑsens seculum ꝑfecte derelinquunt. Loq̃ ergo ad
B oratione:disputare ad iudicium pertinet Vir igitur sanctus modo ad omnipotẽtẽ lo/quit:vt cũ omnipotente postmodum disputet:quia ille cũ deo postmodũ iudex veniet q̃ hic ei mõ in ꝑce familiaris extiterit. Sed sctã ecclia cuiꝰ sepe iã beatũ iob spẽm tenere ꝑdixim:nõ solũ tũc de iniq̃s iudicat:cuz vl/timi iudicij dies aduenerit:ſ nũc etiã de cun/ctis praue agentibꝰ vel stulte sentientibꝰ in/dicare nõ cessat. Unde sbdit. ℣ XV.

PRius vos oñdẽs fabricatores men/dacij:ꝛ cultores puersoꝝ dogmatũ Quibus vicz verbis apte ostendit q̃ amici eius quasi ex hereticoꝝ spẽ sancti viri iudicis aduersant. Liquet eñ quia ca/tholicoꝝ figuram nõ teneãt:q̃ cultores per/uersorem dogmatũ vocant. Qua in re hoc q̃ oportet intendi:q̃ fabricatores mendacij dicuntur. Sicut eniz edificium lapidibꝰ:ita mendaciũ sermonibꝰ fabricat. Ubi eni non dolosa locutio:sed sensus veritatis ẽ :quasi munita moles nõ ex fabrica :sz ex natura cõ/surgit. Sequit. ℣ Atq; vtinã taceretis:vt putaremini esse sapientes. Sicut clausa ia/nua in domo q̃ intus membra lateant igno/rat:sic plerũq; stultus si tacuerit:vtruz sa/piens an sit stultus abscondit:si tamen nul/la alia opera ꝓdeant:que sensum etiã tacen/tis loquantur. Sanctꝰ igit vir amicos suos aspiciens velle apparere qđ non erant: eos
B ad tacendum ammonuit:ne possent appare/re quod erant. Añ ꝛ per salomonem dicit: Stultus si tacuerit:sapiens putabit. Sed
Prou.17 quia stultꝰ cum loquit:per hoc qđ sua iſert sapientium verba pensat e non sufficit:recte adhuc postq̃ silentiũ indixit:adiũgit ℣ Au/dite ergo coꝛreptiões meas:ꝛ iudicium labi/orum meorum attendite Bene aũt prius coꝛ/reptionem:ꝛ postmodum iudicium intulit: quia nisi per coꝛreptõem prius tumoꝛ stulti
Ter. deprimatur:nequaq̃ per intelligentiã iudi/cium iusti cognoscit. Sequitur. ℣ Nunq̃d deus indiget vestro mendacio: vt ꝓ illo lo/quamini dolos: Deus mendacijs tõnõ eget:qꝛ veritas fulciri non querit auxilio falsitatis Heretici autem quia ea que praue de deo i/telligũt:ex veritate tueri non possunt:q̃si ad ꝓbandum radium luminis:vmbram falsita/tis requirũt. Et ꝓ eo dolos loquunt duz in
L firmas mentes in intellectu illiꝰ stulta sedu/ctione decipiunt. Sequit. ℣ Nunq̃d faciẽ
Ter. eiꝰ accipitis:ꝛ ꝓ deo iudicare nitimini: Stul/ti cum prudentiũ facta ꝓspiciunt: hec omia eis reprehensibilia esse videntur:sueq; im/peritie atz infirmitatis obliti:tãto intẽtiꝰ d̃ ali/enis iudicãt:q̃to sua ꝓfũdiꝰ ignoꝛãt ℣ XVI

ET ꝺ iusti:ꝛ cũ prauoꝝ facta redar/guũt:ſp sue infirmitatis ꝓscij eos ꝛ si exteriꝰ seuiẽdo:tñ interiꝰ ꝓpatiẽdo erꝑhẽdũt:qꝛ illiꝰ solliꝰ ẽ pctã hoiz sine ꝓpas/sõe discutere:q̃ ex nat e sue oipotẽtia igno/rat peccare. Quia igit amici beati iob ita eiꝰ facta reꝑhenderant:ac si in se ipi reꝑhẽsibi/le nil haberent:recte nũc dr. Nunq̃d faciem eius accipitis:et ꝓ deo iudicare nitimini?

Faciem quippe eius accipere est: auctoritatem illius iudicio sumere: ⁊ quasi p deo iudicare nitit: qui cū infirma quęq; in altero reprehendit: apud se introrsus p cōpassionem
Tex. nō infirmat. Sequit ℣ Aut placebit ei quē celare nihil pōt: aut decipiet vt homo vris fraudulentijs? Fraudē deo heretici exhibēt quia ⁊ astruūt: que neq; ipi p quo loquuntur p acent: cūq; dū quasi defendere nituntur offendūt: dū in aduersitate eius s corunt: cui vident exp̄dicatione famulari. Unde et per
ps.8. psalmistā dr: Ut destruas inimicū: ⁊ defensorem. Omnis q̄ppe heretic⁹ omnipotenti deo inimicus ⁊ defensor est: quia vñ hunc quasi defendere nitit: inde veritati illius adB uersat. Quia aūt latere deū nil pōt: hoc ī eis indicat: quod intus sentiūt: non qō famulari foris vident. Quia igit eor fraudulētijs
Tex. deus vt homo non fallit: recte subiungit. Ip se vos arguet: qm̄ in absc̄dito faciē ei⁹ accipitis. Statiz vt se commouerit turbabit vos et terror eius irruet sup vos. Hoc qō in absc̄dito accipi asserit faciem dei: duobus modis valet intelligi. Sunt nanq; nōnulli qui et veritatem in corde sentiūt: ⁊ tamē que falsa sunt: de deo foris loquunt. Ne eniz vinci videant: ⁊ cognoscunt veritatē interi⁹: et tñ hanc exteri⁹ impugnant. Unde et nunc bene dicitur. Ipse vos arguet: quoniā ī absc̄dito faciem ei⁹ accipitis. Ac si aperte dicere tur. Tanto magis de falsitate apud eū estis reprehensibiles: quanto ⁊ apud vosmetip̄os
C quod verum est videtis. ℣ Et sunt nōnulli qui quādo ad mentē redeunt: dei iusticiam et rectitudinē cōtemplant: ⁊ orando ac flendo contremiscunt. Sed postq; p̄templatōis hora trāsierit: sic audaces ad iniquitates redeūt: ac si post dorsum eius positi: a iusticie eius lumine mūme videant. Hi itaq; apud se in absc̄dito: quasi corpaliter videntem accipiunt faciem dei: quia ei ⁊ cū p̄ntes fiūt blandiunt fletibus: ⁊ cū quasi a conspectu lius recedunt: moribus detrahunt. Qui tāto amplius de malis suis ferendi sunt: quāto ⁊ in occulto cogitatōnes recta dei iudicia cognoscunt. Unde ⁊ subdit. ℣ XV.

A Statim vt se commouerit: turbabit vos: et terror eius irruet super vos Cū sit nature incōmutabilis omipotens deus: in ira iudicij pturbabilis non est: Sed humano verbo motus dei dicitur: ipsa rectitudinis ei⁹ districtio qua humana p̄auitas ferit. Justi aūt viri ante deum metuūt quando eius ira contra eos moueat: ⁊ ne cō motū sentiant: tranquillū timent. At contra peruersi tunc iam feriri ptimescūt: cum feriūtur: eosq; tūc terror eius a somno sui corpis exsuscitat: cum vindicta pturbat. Unde ⁊ p
Esa.28. pphetā dicit: Et tantū sola vexatio intellectū dabit auditui. Cum eni de p̄ceptis dei contemptis atq; despectis verberari p vindictam ceperint: tunc intelligunt qō audie-
ps.77. runt. Et psalmista ait: Cū occideret eos: tūc inquirebant eū. Bene itaq; dicit: Statiz vt se cōmouerit: turbabit vos: q⁊ reprobis corB dibus non timor reḡem: sed pena timorē parit. Sequitur. ℣ Memoria vestra cōparabit cineri. Hēs qui cogitatōne terrena huic seculo conformant: p omne quod agūt huic mundo relinquere sui memoriam conantur alij bellorum titulis: alij altis edificior̄ mentibus: alij desertis doctrinā secularīū libris instanter elaborant: sibiq; memorie nomen edificant. Sed cum ipa ad finez celerius vita p
ps.1. currat: quid in ea fixum stabit: quando ⁊ ipsa celeriter mobilis pertransit? Aura etenim cinerem rapit: sicut scriptum est: Non sic impij: non sic. sed tanq; puluis quem ꝓjcit vētus a facie terre. Recte ergo stultorū memoria cineri ꝓparat: quia illic ponit: vbi aura rapiat. Quātumlibet eteni quisq; p faciC enda gloria sui nois elaborет: memoria suaz quasi cinerē posuit: q⁊ hāc citius vent⁹ mor
ps.111. talitatis rapit. Quo ꝓra de iusto scriptū est Tex. In memoria eterna erit iustus: Eo ipo eniz quo facta sua soli⁹ dei oculis ip̄rimit: nomē sue meōrie ī eternitatē figit. Seq; ℣ Et redigent in lutum ceruices vestre. Sicut p oculum visus: sic per ceruicem solet superbia designari. Ceruix itaq; in lutum redigetur: cuz superbus quisq; humiliat in morte: et elata caro tabescit in putredie. Intueamur eñ q̄lia in sepulchris iaceant diuituz cadauera: q̄ illa in extincta carne sit imago mortis: que tabes corruptiōis: ⁊ certe ipi erant qui extollebāt honorib⁹: hitis reb⁹ tūebāt: despiciebāt ceteros ⁊ q̄si solos se esse gaudebāt. Et dū n̄ p
pēderēt quo tendebant: nesciebant q̄d erāt Sed in lutum ceruix redacta est: quia despecti iacent in putredine: qui tumebāt in vanitate. In lutum ceruix redigit: quia quantuz
Tex. carnis potentia valeat: tabes corruptionis probat. Sequitur. ℣ Tacete paulisp: vt loquar quodcūq; mihi mens suggesserit. Sensu carnis lo cutos indicat: quos idcirco adsilentium restringit: vt ea que illi mēs suggeserit: dicat. Ac si apte dicat: Non ego carnaliter: sed spūaliter loquor: quia p sensū spūs audio: que per misteriuz corpis pfero. Uñ mox ad alta coscēdit: seq; in misterijs eleuat

Tex. et increpationē quam ꝓtulerat: ad mystica verba ꝓmutat dicens: ℣ Quare lacero carnes meas dentibus meis: ꝛ animā meā porto in manib⁹ meis: ℣ Cap. XVIII

A In scriptura sacra dentes aliqñ sancti ꝓdicatores: aliqñ vo interni acciꝓi sensus solent. De sanctis eni ꝓdi
Can. 4. catorib⁹ sponse dictū ē: Dentes tui sicut gregis tonsarū: que ascēderūt de lauacro. Un/
Act. 10. de ꝛ vni eoꝝ ostensis in figura gentib⁹ dicit Vacta: ꝛ manduca. id est. vetustatē earuꝫ ꝓtere: ꝛ in corꝓ⁹ ecclesie: videlicet in tua mē
Treñ. 3. bra ꝙuerte. Rursumq; dētes interiores sensus accipi solent: hieremias ꝓpheta testat dicens: Fregit ad numerum dentes meos. Per dentes eteni cibus frangit vt glutiat. Unde non imerito in dentib⁹ internos sensus accipim⁹: qui singula que cogitant: q̄si mādūt ꝛ cōminuūt: atq; ad vētreꝫ memorie transmittūt: quos ꝓpheta ad numeruꝫ fractus dicit: quia iuxta mensurā vniuscuiusq; peccati: intelligētie cecitas generat in sensibus: ꝛ ꝑm qđ quisq; egit exterius in eo obstupescit: qđ de internis atq; inuisibilib⁹ in/
Ezech. 18. telligere potuit. Unde recte etiam scriptum
B est: Dis homo qui comederit vuam acerbā obstupescent dentes ei⁹. Quid nanq; vua acerba: nisi peccatum est? Uua ꝙppe acerba: est fruct⁹ ante temp⁹. Quisquis eni ꝓsentis vite delectatiōib⁹ saciari desiderat: q̄si fruct⁹ ante temp⁹ comedere festinat. Qui igitur vuā acerbam comedit dentes ei⁹ obstupescent: q: qui ꝑsentis mūdi delectatiōe pascit: interni eius sensus ligant: vt iam spiritalia mandare. id est. intelligere nequeant: quia vnde in exteriorib⁹ delectāti sunt: inde in intimis obstupescūt. Et duꝫ peccato animā pascit: panem iustitie edere non valet: q̄ niam ligati dentes ex peccati ꝙsuetudie: iustum qđ intus sapit edere nequaq; possunt.

L Hoc igitur loco quia dentes vt ꝓdiximus internos sensus accipim⁹: ꝙsiderare magꝑe quid agere iusti soleant debemus. Qui pleruncq; si qua i se quālibet leuiter carnalia eē deprehendūt: hec internis sensib⁹ retractātes vehemēt in semetipsis insecunt: afflictione se conterūt: magnisq; cruciatibus vel mima in se ꝓpria diiudicāt: atq; hec per penitentiā damnant: qđ idcirco agunt: vt i cōspectu eterni iudicis ꝛ ipsi inueniri inq̄tum est possibile irrepħensibiles debeant: ꝛ hi q̄ eos sic se iudicare ꝙspiciūt emendare semet ipsos a culpis grauioꝛib⁹ inardescāt. Qđ videlicet beatus iob coram amicis suis temporalem gloriam tenentib⁹ ꝛ transeuntia bona laudantibus fecerat: sed tamen eoꝝ sensum ad cognoscendā vtilitatē flagelli sui ꝓduce/re non valebat: vt scilicet pensare possent: q̄ non solum ꝓspera omnipotēs deus tribueret: sed nōnunq; etiam aduersa ꝓpitius irrogaret. Unde bene nūc dicit: Quare lacero carnes meas dentib⁹ meis. Ac si apte dicat: Cur interius sensib⁹ carnalia si qua fuerint in me facta discutio: si meis spectatoꝛib⁹ ꝓdesse nō possum. Ubi ꝛ apte subdit: ℣ Et animam meā porto in manib⁹ meis. ℣ XIX

Tex.

A Nimā in manib⁹ portare est: intentionem coꝛdis in opatione ostendere. Habent nanq; hoc iusti ꝓprium vt in omne qđ dicūt: atq; omne qđ agūt: nō solum ꝓfectum suū: sed etiam ꝓximoꝝ edificationē querant. Et aliqñ in quibusdam se metipsos diiudicāt: vt pigros auditoꝛes ad ꝙsiderandos semetipsos reuocent: aliqñ bona opera ostendunt: vt spectatoꝛes eoꝝ erubescant non imitari qđ vident. Nam scriptum est: Uideant vestra bona opera: ꝛ glorificent patrem vestrum qui est in celis. Qui igitur intentionez suam per opera insinuat: animā suam in manib⁹ portat. Sed cum iustus quisq; nec se diiudicādo: nec bona opa ostendēdo vtilitati ꝓximoꝝ ꝓficit: per hoc qđ egerit ad verba doloꝛis redit. Uñ nunc recte dicit. Quare lacero carnes meas dentibus meis: ꝛ animā meam porto in manib⁹ meis. id est. cur me vel districte coꝛam hominibus diiudico: vel quid appetam in opere ostendo: si vtilitati ꝓximoꝝ: nec mala diiudicando: nec bona ostendendo ꝓficio. Sed tamen iusti etiam cum hec dicunt: nunq; a ꝑbendo ꝓximis bono exemplo deficiūt. Unde adhuc coꝛaꝫ amicis suis beatus iob virtutem patientie exhibens ꝛ ostendens ait: ℣ Etiā si occiderit me: in ipso sperabo. Nū quā est patiētie virtus in ꝓsperis. Ille autē vere est patiens: qui ꝛ aduersis atterit: ꝛ tñ ab spei sue rectitudine non incuruat. De reprobo nanq; sensu scriptū est: Confitebit tibi dum bñfeceris ei. In hoc itaq; mēs iusta ab iniusta discernit: q⁹ omnipotentis dei laudem ꝛ inter aduersa confitet qđ non cum rebus frangitur: non cuꝫ casu glorie exterioꝛis cadit. Sed i hoc magis qualis cū rebus fuerit demonstrat: que ꝛ sine rebus robustius stat. ℣ Ueruntamen vias meas in ꝙspectu eius arguam: ꝛ ipse erit saluatoꝛ meus. Cuꝫ paulus apostolus dicat: Si nosmetipsos diiudicarem⁹: non vtiq; diiudicaremur: eo tūc dñs saluatoꝛ inuenit: quo nūc ꝓ timoꝛe dei peccatū nostrū a nobismetipsis redarguit.

Tex. B

Pś. 48.

Tex.

1. Coꝛ. 11.

Unde electi quiq̄ culpis suis nunq̄ sciunt parcere: vt possint culparum iudicem placatū inuenire. Et vere eum postmodū inuenire saluatorē credunt: quem districte mō iudicem metuūt. Nā qui sibi nūc in culpa parcit: ei postmodū in pena non parcit. Dicat ergo. Uerūtamē vias in ꝓspectu eius arguam: que vo vtilitas de hac arguitione seq̄tur adiūgat. Et ipse erit saluator meus. Sequitur. ¶ Nō eni veniet in ꝓspectu eius oīs hypocrita. Cum ꝓstet q̄ iud ex venīēs: agnos ad dexterā: hedos vo ad sinistrā ponat qua nūc ratione dicit: in ꝓspectu eius hypocritam nō esse venturū? Qui scz si inter hedos erit: ad sinistrā iudicis apparebit. ¶ XX

A Sed sciendū est: q̄ duob⁹ modis i cōspectu dñi venim⁹: vno q̄dem q̄ hic peccata nr̄a subtiliť ꝑpendentes: in eius nos ꝓspectu ponim⁹: ⁊ flēdo diiudicamus Nā quotiens ꝓditoris nr̄i potentiā ad sensum reducim⁹: totiens in ꝓspectu illi⁹ stamus. Unde recte p virū dei heliā dr: Uiuit dñs de⁹ israel: in cui⁹ ꝓspecu sto. Alio q̄q̄ modo in ꝓspectu dñi venim⁹: cū in extremo iudicio ante tribunal eius assistim⁹. Hypocrita igit̄ p examē vltimū ante ꝓspectū iudicis venit. Sed q: modo culpas suas ꝓsiderare ac deflere dissimulat: in ꝓspectu venire dñi recusat. Sicut eni iusti viri cū districtionem venturi iudicis ꝓtēplanť: peccata sua ad memoriam reducūt: deflent que cōmiserūt: districte se iudicāt: ne iudicent: ita hypocrite q̄ exterius hoibus placēt: eo se interi⁹ aspicere negligūt: totoscz se in vbis ꝓmoz fundūt et sanctos se esse estimant: quia sic se haberi ab hoib⁹ pensant. Cūq̄ mentē p verba sue laudis sparserint: nunq̄ hanc ad cognitionē reducūt culpe nunq̄ ꝓsiderāt: vbi interdū iudicē offendāt: nihil de eius districtione metuūt: quia sic se placuisse ei sicut hoibus credunt. Qui si terroꝛ eius ad mentē reduceret: hoc ipm qd in mala intentione positi placent hoib⁹ plus timerēt. Bene itaq̄ dicitur: nō eni veniet in ꝓspectu ei⁹ oīs hypocrita: q: districtionē dei ante oculos nō ponit: dū placere humanis oculis ꝓcupiscit. Qui si mentē suam discutiens: semetipm in ꝓspectu dei poneret pfecto iam hypocrita nō eēt

Ter. Sequit. ¶ Audite sermonē meū: ⁊ enigmata ꝑcipite a patrib⁹ vestris. Per hoc q̄d enigmata noīat: figuratas se habere locutiones demonstrat. Unde apte q̄q̄ voce fidelis populi subdit. ¶ Si fuero iudicat⁹: scio q: iustus inueniar. Nō ab eiusdē etiaz beati iob persona non discrepat: qñ hoc ipse foras de seipso loquit: q̄d de illo veritas hosti ei⁹ interius dixerat. Uidisti seruū meū iob: q̄ nō sit simlis ei sup terram? Et quidem isde vir valde est inferi⁹ q̄d de se memoꝛat: q̄q̄ q̄d de illo dñs dixit: Aliud est eni iustū esse: aliud ei similē non esse. Humiliť igitur de semetipso sensit: qui dū iust⁹ sine compatione extitit non se p̄ ceteris: sed iustū tm̄modo inueniri posse memoꝛauit. ¶ Cap. XXI

H Oc tm̄ in eius verbis videt habere questiōis: q̄d quia supius dixit: Uias meas in ꝓspectu eius arguā: ⁊ inferi⁹ dicit: Cōsumere me vis peccatis adolescentie mee: ⁊ peccata sua subtiliť agnoscēs adhuc longe inferius adiūgit. Signasti quasi i sacculo delicta mea: nūc ait: Si fuero iudicat⁹ scio quia iust⁹ inueniar. Neq̄ eni simul cōuenire queunt peccata ⁊ iusticia. Sed sctūs vir sibi iniq̄tatem tribuēs: ⁊ omipotēti dño purgationē suā: ⁊ peccatoꝛez se cognoscit esse: ⁊ iustū se factum non ignoꝛat ex munere. Qui in recto q̄q̄ ope posit⁹ ex abūdanti grā meruit flagella sustinere: iamq̄ se in iudicio iustū inuenire gaudet: q: ante iudiciū pcussum videt. Unde ⁊ cuz longe post dicat: Signasti quasi in sacculo delicta mea: statī subdit. Sed curasti iniq̄tatem meā. Qui g̃ iustū inuenire se in iudicio memoꝛat: nequaq̄ se iuste flagellatū negat: cuius in flagello eius dñs nō peccata studuit tergere: s merita augere. Sequit. ¶ Quis est q̄ iudicet mecum veniat. Sancti viri ita se in opib⁹ suis deo auctoꝛe custodiūt vt oīno vnde accusent exterius non inueniant: interi⁹ vo i cogitationibus suis tāta se cautela circūspiciunt: vt si fieri valeat semp irrepꝛēhēsibiles interni iudicis oculis assistāt. Sed q̄tū agere pūt: ne exteri⁹ labant in opere: tantuz interius agere nequaq̄ possunt: vt nequaq̄ labant in cogitatione. Humana eni ꝓsciētia eoīpo quo ab intimis cecidit: semp in lubꝛico est. Unde fit vt etiam sancti viri freq̄nter labant in coꝛde Beatus g̃ iob tam voce sua: q̄q̄ ex voce electoꝛ loquens dicat: Quis est q̄ iudicet mecum veniat. Quia eni in exterioꝛib⁹ actib⁹ vnde repꝛhendat non habet: libere accusatoꝛem querit. Quia vo etiam iustoꝛ coꝛda semetipsa nonunq̄ de stulta cogitatiōe repꝛhendūt: ꝑpter hoc fortasse subdit. ¶ Quare tacens ꝓsumoꝛ. Tacens eni ꝓsumit: qui de stulta se cogitatiōe repꝛhendens apud semetipsum dente ꝓsciētie moꝛdet: Ac si apte dicat: Si vixi vt accusatoꝛem exterius nullum timerē: vtinam sic vixissem: vt intra me ipsum accusatricē ꝓscientiaz non haberem.

Tacens eui ꝙsumit: qui intus in se inuenit vnde vratur. Sequit. ℣ Duo tñ ne faciaꝫ mihi: ⁊ tunc a facie tua non abscõdar. Hoc loco ꝺd dei faciem: nisi aiaduersionẽ debemus accipere. In qua dum peccata respicit punit. A qua videlicet nullus etiã iustus absconditur: si duo que postulat: non amoueãtur: de quibus subdit. ℣ Cap. XXII

Tex.

A

Tex.

Tex.

Tex.

B

Tex.

C

Anũ tuam longe fac a me: ⁊ formi/do tua non me terreat. In quib⁹ videlicet duobus ꝺd aliud per ꝓphetie vocem: q̃ tempus gratie ⁊ redẽptionis inquirit. Lex nanq; sub ꝓcussione vltionis populũ tenuit: vt quisq; sub illa peccaret: ꝓtinus morte puniret: nec plebs israelitica examore dñi: sed ex timore seruiebat. Nũq̃ vo impleri iusticia ꝓ timorem potest: qꝫ iuxta iohãnis vocem: pfecta charitas foras mittit timorez. ℔aulus adoptiõis filios cõsolat̃ dicens: Non accepistis spiritũ seruitutis iterum in timore: sed accepistis spũ adoptionis filioz: in quo clamam⁹ abba pater. Ex voce igitur generis hũani legalis ꝓcussionis duriciã transire ꝯcupiscẽs: atq; a formidine ꝓuenire ad dilectionẽ appetens quo duo a se oꝑs deus longe faciat exorat dicẽs Manũ tuaz longe fac a me: ⁊ fortitudo tua non me terreat. id est. ꝓcussionis duriciã remoue: formidinis pondus tolle: sed ⁊ irradiante gratia dilectiõis spiritũ securitatis infũde: qui si longe a ꝓcussione ⁊ formidine non fuero: scio qꝫ a districtiõe tui examinis non absconḑar: qñ in ꝫspectu tuo iustus esse nõ valet: qui tibi non ꝓ dilectionẽ: sed ꝓ formidinem seruit. Unde ⁊ ipsam ꝓditoris sui ꝓsentiam: quasi familiariť ac cõpaliť querit: vt ꝓ hanc ⁊ audiat qđ ignorat: ⁊ ĩ his audiatur que nouit. Nã ꝓtin⁹ adiũgit. ℣ Uocame: ⁊ respondebo tibi: aut certe loquar: ⁊ tu responde mihi. Qui dum humanis oculis per assumptã carnem apparuit: sua hoibus peccata aperuit: que ⁊ ꝓpetrabant ⁊ nesciebant. Unde subdit. Quãtas habeo iniq̃tates ⁊ peccata: scelera mea ⁊ delicta ostende mihi. Quãuis vocare ac rñdere: ⁊ intelligi aliter possit. Uocare enĩ dei est: nos amãdo ⁊ eligendo respicere. Respõdere aũt nostrum est: amori illius bonis opibus parere Ubi apte addit. Aut certe loquar: ⁊ tu responde mihi. Loq̃mur nanq; cuz eius faciẽ ꝓ desideriũ postulam⁹. Respõdet vo deus loquentib⁹ cũ nob se amãtib⁹ apparet. Sz quia quisq; eternitatis desiderio anhelat: semetipsum subtiliť reprehendẽs facta sua discutit: ⁊ ne ꝺd i illo sit: in quo auctoris sui faciem offendat querit: recte sobiũgit: Quãtas habeo iniq̃tates ⁊ peccata: scelera mea ⁊ delicta ostende mihi. Iste in hac vita iusto rũ labor est: vt semetipsos inueniãt: ⁊ inuenientes flendo atq; corrigẽdo ad meliora ꝓducant. Et q̃uis inter iniq̃tatem atq; peccatum nihil distare phibeat iohannes apls̃ q̃ ait: Iniquitas peccatũ ẽ: ipso tamen vsu loquendi: plus iniq̃tas q̃ peccatũ sonat: ⁊ ois se homo libere peccatorẽ fateť: iniquũ vero dicere nõnunq̃ erubescit. ℣ Cap. XXIII

1. Jo. 3.

A

Nter scelera vo ⁊ delicta hoc distat q̃ scelus etiam pondus pcti transit: delictũ vo pondus peccati nõ transit: qz ⁊ cum offerri sacrificiũ ꝓ legem iubeť nimirũ ꝓcipiť sicut ꝓ peccato: ita etiam ꝓ delicto. Et nõnunq̃ scelus in ope est: delictũ vo plerũq; in sola cogitatiõe. Unde et ꝓ ꝑs dicit: Delicta quis intelligit? Quia videlicet peccata operis tanto citius cognoscunť: q̃to exterius videnť: peccata vo cogitatiõis eo ad intelligendũ difficilia sunt: q̃ inuisibiliť ꝓpetranť. Quisq; igitur eternitatis desiderio anxius: apparere venturo iudici desiderat mũdus: tanto se subtilius nũc examinat: q̃to nimirũ cogitat: vt tunc terrori illius liber assistat: ⁊ ostẽdi sibi exorat vbi displicet: vt ꝺ in se ꝓ penitentiã puniat: seq; hic diiudicãs inudicabilis fiat. Sed inť hec intueri necesse est: q̃ta pegriatiõis nostre pena nos perculit: qui in eam cecitatẽ venim⁹ vt nosipsos ignoremus: ꝓpetram⁹ mala: nec tamen hec celerius deꝑhendim⁹ vel perpetrata. Exclusa quippe anima a luce veritatis: nil in se nisi tenebras inuenit: ⁊ plerũq; in peccati foueam pedem porrigit ⁊ nescit. Qđ nimirũ de sola exilij sui cecitate patitur quia ab illumiatõe dñi repulsa: ⁊ semetipaz videre ꝓdidit: que auctoris sui faciem non amauit. Unde ⁊ subdit. ℣ Cur faciem tuaz absconḑis: ⁊ arbitraris me inimicũ tuũ? Humanũ genus ꝓtemplationẽ lucis intime habuit in paradiso: sed sibimetipsi placens: ꝺ a se recessit: lumen ꝓditoris ꝓdidit eiusq; faciem ad ligna paradisi fugit: qz post culpam videre metuebat: quẽ amare ꝓsueuerat. Sz ecce post culpam venit in penaz: ex pena autem ad amoreꝫ redit: quia quis fuerit culpe fructꝰ inuenit: atq; illã faciẽ quã timuit i culpa: excitatus reꝛit ex pena: vt iam caliginẽ cecitatis sue fugiat: atq; hocipm q̃ autoreꝫ suũ non videt grauiter phoꝛrescat. Quo videlicet desideria compũctus sanctꝰ vir clamat. Cur faciẽ tuam absconḑis ⁊ arbitraris me inimicũ tuũ? Quia si vt amicũ aspiceres

B

Tex.

tue me visionis lumie non ꝑuares. Qui mobilitatē ꝗ̄ cordis humani subsequēs adiungit. ℣ Contra foliū qđ vento rapit ostēdis potentiā tuam: ⁊ stipulā siccam ꝓsequeris. Quid est enī homo: nisi foliū: qui videlicet in paradiso ab arbore cecidit. Quid ē nisi folium: qui temptatiōis vento rapitur: ⁊ desiderio⁹ flatibus leuat? ℣ Cap. XXIIII

A ONens quippe humana ḡt temptationes patit: quasi tot flatib⁹ mouetur Hanc enī plerū ꝗ̄ ira ꝑturbat: cum recedit ira: succedit inepta letitia. Luxurie stimulis vrget: estu auarcie longe lateq̄ ad ambienda que terrena sunt tendit. Aliquā/do hanc ſuꝑbia eleuat: aliq̄n vo inordinat⁹ timor in infimis deponit. Qui ergo tot temptationū flatibus leuat ⁊ ducit: recte foliꝰ homo comparat. Unde bene ꝗ̄ ꝑ esaiā dr:

Esa. 64. Cecidim⁹ quasi foliuz vniuersi: ⁊ iniq̄tates nostre quasi ventus abstulerūt nos. Quasi ventus quippe nos iniq̄tas abstulit: qr nullo fixos virtutis pondere in vanā elationē leuauit. Bene aūt post foliū: etiam stipula appellat homo. Qui enī arbor fuit in ꝓditione foliū a semetipso factus est in temptatiōe: ꝫ post stipula apparuit in delectiōe. Quia enī de alto cecidit foliū: qr vo ꝑ carnē terre/primus fuit: etiam cū stare videbat: stipula eē

B memorat. Sed quia viriditatē intimi amoris ꝑdidit: iam stipula sicca est. Consideret itaq̄ vir sanct⁹: ⁊ homo q̄ste vilitatis: ⁊ de⁹ q̄tate districtiōis ⁊ dicat: Contra foliū qđ a vento rapit ostendis potentiā tuā: ⁊ stipulā siccam ꝓsequeris. Ac si apte deploret dicēs: Cur tanta rectitudine impetis eū quē sic infirmū esse in temptatiōe cognoscis? Sequit

Tex. ℣ Scribis ꝓtra me amaritudies. Quia omne qđ loq̄mur transit: qđ vo scribim⁹ manet deus non loqui: sed scribere amaritudines dicit: cum diu sup nos eius flagella pdurāt Semel q̄ppe peccāti hoi dictū ē: Terra es: et in terram ibis. Et sepe apparentes angeli

L hoibus p̄cepta dederunt. Moyses legislator ꝑ districtionem peccata cohercuit. Ipse vnigenit⁹ summi patris ad nos redimēdos venit: mortē do mortē absorbuit: vitam ppetuam denūciauit nobis: quā ostendit in se ꝫ tamen illa que in paradiso data est de morte carnis nre sentētia: ab ipso initio generis humani: vsq̄ ad finem seculi non mutat. Quis est enī homo q̄ viuit: ⁊ non videbit mortē?

Ps. 88. Qđ bene rursum p̄s intuens ait: Tu terribilis es: ⁊ q̄s resistet tibi extūc ab ira tua. Qr videlicet peccāti in paradiso hoi irat⁹ semel de mortalitate carnis nostre sniam fixit: que et nūc ⁊ vsq̄ ad vltimū mutari nullo mō valebit. Dicat ḡ: Scribis ꝓtra me amaritudines. Ubi adhuc subdit. ℣ Et ꝓsumere me vis peccatis adolescētie mee. ℣ XXV

Tex. A

ECce vir iust⁹ qr i iuuētute sua se peccasse non inuenit: adolescentie facta ptimescit. Sed sciendū est: qr sicut i corpe: ita sunt etiam incremēta etatis in mēte. Prima q̄ppe hois etas infantia ē: cū etsi innocent⁹ viuit: nescit tamē fari innocentiam quā habz. Ac deinde puercia sequit: in qua iam valet dicere qđ vult: cui succedit adolescentia: que videlicet ꝑma est etas in opatione: quā iuuent⁹ sequit scz apta fortitudini: ac postmodū senect⁹ etiam p tps iam ꝓgrua maturitati. Quia igit ꝑmā etatē aptaz bonis actibus adolescentiā dixim⁹: ⁊ iusti viri cum in magna mentis maturitate ꝓficiunt: nonunq̄ ad memoriā actionū suarū initium reducūt: se q̄ tm̄ de suis ꝑmordijs reꝑhendunt: q̄tum ex grauitate mentis alti⁹ ꝓfecerunt: qr eo indiscretos se fuisse inueniūt: quo discretiōis artem postmodū pleni⁹ ꝓsequūt recte nūc p sancti viri vocē: adolescētie peccata formidant. Qđ si ad ipam litterā est tenendū: hic ꝓsiderandū est: q̄tuz sint grauia peccata iuuenū ⁊ senū: ⁊ si illud sic iusti meruūt: qđ in ifirma etate deliq̄rūt. Sequitur.

Tex. B ℣ Posuisti in neruo pedē meū: ⁊ obseruasti oēs semitas meas: ⁊ vestigia pedū meoz ꝓsiderasti. In neruo de⁹ pedem hois posuit: quia prauitatē illius forti districtiōis sue snia ligauit. Cui⁹ oēs semitas obseruat: qr subtiliť singula eius queq̄ diudicat. Semita eteni angustior solet esse q̄ via. Quia autem vias actiones non imerito semitas ipas actionū cogitationes accipim⁹. Deus itaq̄ oēs semitas obseruat: qr in singulis q̄busq̄ actibus nr̄is: etiam cogitationes ꝑsat. Et vestigia pedū ꝓsiderat: qr intentiones nr̄oꝝ operū q̄ recte ponant examinat: ne ⁊ ꝫ qđ bonū agitur: non recto desiderio agat. Posunt q̄ ꝑ pedū vestigia quedā male acta signari. Nam pes in corpe est: vestigiū in via. Et plerū ꝗ̄ dū quedā prave agim⁹: in tuētib⁹ ꝫ fratrib⁹ exemplū malū prebem⁹: ⁊ quasi i flexo extra viam pede seqntib⁹ vestigia distorta relinq̄m⁹: dum p nr̄a opa ad scādalū alie

L na corda ꝓuocam⁹. Valde aūt laboriosum est custodire ne mala hō facere audeat: ne in bonis actibus p intentionē titubet: ⁊ iné recta opera sinistra eum cogitatio illudat: que tm̄ cūcta op̄s de⁹ subtiliť examinat: at q̄ i iudicio singula repensat. Qz q̄ hō qui carnis sue infirmitate ꝓstringit: ꝓtra cūcta valeat

subtiliter assurgere: atq; incõcussa cogitatio
Tex. ne rectitudinẽ tenere. Unde apte subditur.
℣ Qui quasi putredo ꝯsumendus sum: ꝛ
quasi vestimentuz quod comeditur a tinea
Sicut enim vestimentũ de se exorta a tinea
comedit: ita homo in semetipso habet pu/
tredinem de qua ꝯsumatur: atq; hoc est qõ
est. Uñ ꝯsumit vt nõ sit. Nõ intelligi ꝛ ali/
ter põt: si ex voce temptati hominis dicat:
L Qui quasi putredo ꝯsumẽdus sum: ꝛ ꝗsi ve
stimẽtũ qõ comedit a tinea. Homo eni qua
si putredo ꝯsumitur: dum carnis sue corru/
ptione conteritur. Cui quia immunda tem/
ptatio nõ aliũde sed a semetipso nascit: more
tinee carnẽ temptatio ꝗsi vestem de qua ex/
it ꝯsumit. In semetipso ꝙppe habet hõ vn/
de tempter. Quasi ergo tinea vestẽ ꝯsumit:
que ex veste eadem ꝓcessit: sciendũ ꝙ ꝙ ti/
nea sine sonitu pforat vestimentũ: ꝛ plerũq;
cogitatio ita trãsfigit mentẽ: vt mens ipa nõ
sentiat: nisi postq; fuerit eius aculeo trãsfixa
Bene ergo dicit: ꝙ homo tanq; vestimẽtuz
a tinea ꝯsumit: quia nõnunq; temptationũ no
strarũ vulnera non cogscim⁹: nisi postq; ab
eis ꝯfossi in mente fuerim⁹. Quaz videlicet
infirmitatẽ nram bene adhuc sctus vir ꝗsi/
derans adiungit. ℣ Cap. XXVI

Job. Ca. XIIII. A

Homo nat⁹ de
muliere breui viuẽs tpe: repletur
multis miseriis. In sacro eloq̃o
Gal. 4. mulier aut ꝓ sexu ponit: aut ꝓ infirmitate.
Ꝓ sexu quippe sicut scriptũ est: Obilit de
Eccl. 42. us filiũ suũ factũ ex muliere: factuz subl ege.
Ꝓ infirmitate ꝟo sicut ꝙ quendã sapientẽ
dicit: Obelior est iniqtas viri: q; bñfaciens
mulier. Uir eteni fortis ꝗlibet ꝛ discret⁹ vo/
catur: mulier ꝟo mens infirma vel indiscre/
ta accipit. Et sepe ꝯtingit: vt etiã discretus
quisq; subito labat in culpam: atq; indiscre/
tus alius ꝛ infirm⁹ exhibeat bonaz opatio/
nem. Sed is q̃ indiscret⁹ atq; infirm⁹ est nõ/
nunq; de eo quod bene egerit ampli⁹ eleua/
tur: atq; graui⁹ in culpã cadit: discret⁹ vero
quisq; etiam ex eo qõ male se egisse intelligit
ad discretiõis regulã arti⁹ reducit: ꝛ inde al/
tius ad iusticiã ꝓficit: vnde ad tps a iusticia
B cecidisse videbat. Qua in re recte dicit: me/
lior est iniqtas viri: q; bñfaciẽs mulier: quia
nõnunq; etiam culpa fortiũ: occasio ꝟtutis
fit: ꝛ virtus infirmoꝝ occasio peccati. Hoc
igitur loco mulieris noie: ꝗd nisi infirmitas
designat: cũ dicit: Homo nat⁹ de muliere:
Ac si aptius dicat: Quid in se habebit forti
tudinis: q̃ natus ẽ ex infirmitate. Breui vi/
uens tpe: replet multis miseriis. Ecce viri
sancti vocib⁹ pena hois breuis est exꝑssa: q;
et angustat ad vitaz: ꝛ dilatat ad miseriam.
Si enim subtilit ꝯsideret oẽ qõ hic agitur
pena miserie est. Ipsi eteni corruptiõi carnis
seruire ad necessaria atq; ꝯcessa miseria est:
vt ꝯtra frigus vestimẽta: ꝯtra famẽ alimẽta:
ꝯtra estum frigora reꝑant. Nõ multa cau/
tela custodit salus corꝑis. qõ etiam custodi
ta amittit: amissa cum gẽu labore reparatur.
ꝛ tamen repata in dubio semper est. Quid
hoc aliud q̃ mortalis vite miseria est? Nõ L
amamus amicos suspecti ne offendi vale/
ant: formidam⁹ inimicos: atq; securi de eis
non sum⁹ vtiq; quos formidam⁹: q; plerũq;
inimicis sic ꝓdent quasi amicis loq̃mur: ꝛ
nõnunq; pura verba ꝓmoꝝ ꝛ multũ nos
fortasse diligentiũ quasi verba suscipim⁹ imi
coꝝ: ꝛ qui falli nunq; vel fallere volum⁹:
ex cautela nra graui⁹ erram⁹: ꝗd ita q; hoc
nisi hũane vite miseria est. Nõ amissa celesti
patria repulsus hõ delectat exilio: grauat
curis: ꝛ tñ cogitare dissimulat q̃ graue sit:
quia multa cogitant: q; priuat⁹ est interno
lumine: ꝛ tñ in hac vita diu vult ꝑpeti cecꝫ
tatem suã: quid ꝟ aliud q̃ de pena nra nata
miseria est. Sed q̃uis diu hic stare deside/
ret: ipso tamen cursu mortalis vite impellit
vt egrediat: vir sanct⁹ recte sbiũgit. ℣ Qui Tex.
quasi flos egredit ꝛ ꝯterit: ꝛ fugit velut vm
bra: ꝛ nunq; in eodẽ statu ꝑmanet. ℣ XXVII

Quasi flos eteni egredit q; nitet i car A
ne: ꝗ ꝯterit q; redigit in putredinẽ
Quid eni sunt nati hoies in mũdo:
nisi ꝗdam flores in campo? Tendam⁹ ocu/
los cordis in hac latitudine mũdi ꝑsentis: ꝛ
ecce quasi tot floꝝ⁹: q̃t hoibus plenus est:
Uita itaq; i carne: flos in feno est. Uñ bene
ꝑ ps dicit: Homo sicut fenũ dies eius: ꝛ si/ ps. 102.
cut flos agri ita floret. Esaias q̃ ait: Ois ca Esa. 4.
ro fenũ: ꝛ ois gloria ei⁹ sicut flos agri. Ho/
mo eteni more floris ꝓcedit ex occulto ꝛ su/
bito apparet in publico: q̃ statim ex publico
p mortẽ retrahit ad occultũ. Carnis nos vi
riditas ostendit: ꝗ ariditas puleris ab aspe
ctibus retrahit. Quasi flos apparuim⁹ qui
non eram⁹: quasi flos arescim⁹ q̃ tpaliter ap/
parebam⁹. Et q; ꝑ mometa hõ q̃tidie cõpel
litur ad mortẽ: recte adiũgit. ℣ Et fugit ve/ Tex.
lut vmbra: ꝛ nunq; in eodez statu ꝑmanet.
Sed cũ sol q̃ indesinent cursum suũ pagat:
nunq; se in stabilitate figat: cur cursus vite
homis vmbre potius q̃ soli compat: nisi q; B
amisso amore ꝓditoris: calorẽ cordis pdidit
et in solo iniqtatis sue frigore remasit. Quia

Mat.24. iuxta veritatis vocē: Abūdabit iniq̄tas ⁊ refrigescit charitas multoꝝ. Qui igit̄ in amore dei cordis calorem nō habet: nec tñ vitaz quā diligit tenet: ꝫ velut vmbra fugit. Unde recte q̄z de illo scriptū est: qz secut⁹ ē vmbram. Bñ aūt dicit: Et nunq̄z in eodem statu p̄manet. Quia dū infantia ad puericiam: puericia ad adolescētia: adolescētia ad iuuentutē: iuuent⁹ ad senectutē: senect⁹ trāsit ad mortē: in cursu vite p̄sentis ipsis suis augmentis ad detrimēta impellit̄: ⁊ inde semper deficit: vnde se p̄ficere in spaciū vite credit. Fixū eteni statū hic habere nō possum⁹. Ubi transituri venim⁹: atq̄z hoc ip̄m nostrū viuere: q̄tidie a vita trāsire est. Quem videlicet lapsum p̄mus homo ante culpā habere non potuit: quia tpa eo stante transiebant.

L Sed postq̄z delict: in q̄dam quasi se lubrico tpaliter posuit: ⁊ qz cibū comedit fetitū: status sui p̄tin⁹ inuenit defectū. Quā tñ mutabilitatē nō solū exteri⁹: sed interi⁹ q̄z hō patitur: dū ad meliora opa exurgere conat̄: mēs eteni mutabilitatis sue pondere ad aliud sp impellit̄ q̄z est: ⁊ nisi in statu suo arta custodire disciplina teneat̄: semp in deteriora dilabitur. Que eni semp stantē deseruit: statum quē habere potuit amisit. Uñ nūc cum ad meliora nitit̄: quasi ꝓtra ictū flumis conat̄. Cū ab intentiōe ascendēdi resoluit̄: sine labore ad ima reducit̄. ¶ Cap̄. XXVIII

A Q Uia eni in ascensu labor est: in descēsu ociū: intraturos p angustā portā
Luc.13. dñs ammonet dicēs: Contēdite intrare p angustā portā. Dictur⁹ quippe āgustē porte introitū: p̄misit ꝓtendite: quia nisi mentis ꝓpēsio ferueat: v n da mūdi non vincitur: p quā aia semp ad ima reuocat̄. Quia igit̄ hō velut flos nascit̄ ⁊ ꝓterit̄: quia sicut vmbra fugit: atq̄z i statu suo nunq̄z p̄manet: q̄d in hac ꝓsideratiōe subiungat audiamus.

Tex. Sequit̄. ¶ Et dignū ducis sup huiuscemodi aprire oculos tuos: ⁊ adducere eū tecū in iudiciū. Cōsiderauit quippe supius ⁊ opōtentis dei potentiā: ⁊ infirmitatē suam deduxit ante oculos: se ⁊ deū pensauit quis cum quo ad iudiciū veniat. Uidit hinc hominez inde ꝓditorē: id ē. puluerē ⁊ deū: ⁊ recte ait:

Jere. 9. dicit: Docuerũt enĩz linguã suã loqui mendaciũ: vt inique agerẽt laborauerũt. Bene ergo dicitur: Terrebit eũ tribulatio: ⁊ angustia vallabit eum: qz apud semetipm in labore timoris deficit: q̃ securitatis sociã viam veritatis relinq̃t. Qui bene regi prepato ad
p̃liũ comparat: qz in eoipso malo qđ agit ⁊ terret ⁊ festinat: ⁊ ex ꝓscientia trepidat ⁊ ex
A desiderio anhelat. Metuit ⁊ supbit: pauescit suspitionibꝰ: ⁊ mentem p audaciã erigit.

Sciendũ q̃ est: qz rex ¶ Cap. XXI q̃ preparat ad p̃liũ sic de hoste suspectus est: vt eundem q̃ quẽ ducit exercitũ metuat ne labefactet: ne destitutio ne militũ iaculis pateat inimicoz. Iniquus ergo angustia vallat: sicut rex q̃ prepat ad p̃liũ: qz videlicet falsa agens falsa loquens formidat ne suos amittat milites. id est. argumenta falsitatis: ⁊ veritatis iaculis pateat si ei fortasse defuerit qđ ex fallacia opponat. Sed cuius animꝰ trepidet: cuius ꝓscientia accuset: cupiditate sua inimicꝰ non vincit: sed suppresso pauore audaciaz de iniq̃tatibꝰ sumit. Et sepe etiam vltione menti pposita se ꝓtra deũ erigit: quelibz ab eo aduersa ppeti deliberat: duz modo hic dum valet oẽ qđ
Tex. placz agat. Unde ⁊ subdit. ¶ Tetendit enĩ aduersus deũ manũ suam: ⁊ contra oipotentem roboratꝰ est. Lucurrit aduersus eũ erecto collo: ⁊ pingui ceruice armatꝰ est. Hec ꝺ ipso iniquoz capite scilicet antichristo aptiꝰ sentiunt qui contra deum manũ erigens roi

borari dicit: quia prauo in tempore pmitti/
tur exaltari: vt cuz ad modicũ gloriari sini/
C tur: eo in perpetuũ attrocius puniatur. Sz
quia eius membra sunt omnes iniqui: ꝫ qõ
in fine mundi ille tunc singulariť acturus est
vnus: videamus modo qualiť a malis aga/
tur singulis. Sunt nanq; nõnulli qui etsi q̃
aliquando agere contra omnipotẽtis dei iu/
dicium nituntť: ipsa impossibilitate implẽde
sue voluntatis fracti: ad semetipsos respici.
unt atq; ad eum quez contemnere voluerãt
ꝙuertuntur: ⁊ qui discedere longe poterant
si qõ vellent implere valuissent: per hoc ali/
quando saluanť: quia qõ nequiter voluerť
implere nequerunt. Unde ad se reducti cu/
ius sint ꝙditionis aspiciũt: ⁊ plangunt se cõ/
traria veritati voluisse. Et sunt nõnulli qui
hoc qõ peruerse contra deum appetunt: iu/
sto dei iudicio implere nequius permittunť
Et cum eos malicia accendit: potentia robo
B rat: tanto iam semetipsos in errore cognosce
re nequeũt: q̃to in rebus affluentib⁹ extra se
semper per potentiam trahunť. De quoruz
nunc intentione dicitur: Te endit eniz ad/
uersus deum manũ suam: ⁊ contra omnipo
tentem roboratus est. Contra deum quippe
manũ tendere est: in operatiõe prava despe/
ctis dei iudicijs pseuerare. Et quia tũc ma/
gis irascitur de⁹ quando pmittit impleri qõ
saltem cõcipit in cogitatione non debuit: cõ/
tra omnipotentẽ iniquus iste roborať: quia
Tex. psperari in mala sua actione permittť: qua
tinus ⁊ peruersa faciat: ⁊ tamen feliciter vi/
uat. De quo adhuc subditť: ℣ Cucurrit ad/
uersus eum erecto collo. Erecto collo con/
tra deum currere est: ea que creatori displi/
cent cum audacia perpetrare. De q̃ recte dr
cucurrit. id est. in malo opere obstaculum ꝺ
aduersitate non habuit. De quo adhuc ad/
Tex. ditur. ℣ Cap. XXII
A Pingui ceruice armat⁹ est. Pin/
guis ceruix est opulenta superbia:
affluentib⁹ videlicet rebus quasi multis car
nibus fulta. Potens igitur iniquus: pingui
ceruice contra deũ armať: quia rebus tem
poralibus tumens contra precepta verita/
tis q̃si de magnitudine carnis erigiť. Quid
eni paupertas nisi quedam macies: ⁊ quid
rerum abũdantia nisi pinguedo est vite pre/
sentis? Pingui ergo ceruice se contra deum
erigit: qui temporalem abũdantiam in sup/
biam assumit. Habent eni hoc potentes et
iniqui ꝓprium: vt fallacibus diuitijs occu/
pati veras dei opes negligant: ⁊ q̃to minuſ
qõ verum est inquirũt tanto amplius falsis
diuitijs extollunť. Cura eteni multiplex ter
renarum rerum quia occupat execat. Unde B
adhuc apte subiũgitur. ℣ Operuit faciẽ ei⁹ Tex.
crassitudo. Visus quippe in facie est: in qua
et prima corporis honorabilior pars ẽ. Nõ
ergo imerito mentis intentio per faciem de/
signatur: nam quolibet vertim⁹ illuc vide/
mus. Faciem ergo crassitudo operit: qr desi
derata terrenarũ rerum abũdantia oculos
mentis premit: ⁊ hoc qõ in eis esse honora/
bile debuit ante dei oculos fedat: quia curis
multiplicib⁹ aggrauat: quibus tamen nec
solum sufficit vt ipsi superbiant: nisi ⁊ hi qui
eis ꝓiuncti sunt de eoz pinguedine etiã ipsi
glorienť. Nam sunt nõnulli q̃ patronis ma/ C
ioribus adiuti superbiũt: ⁊ de eoz potentia
contra inopes extollunť. Unde adhuc sub/
ditur: ℣ Et de lateribꝰ eius aruina depen/ Tex.
det. Quia aruina pinguedo carnis est ⁊ late
ra dicere diuitũ solemus hos quos eis ꝓiũ/
ctos cernim⁹. Aruina de eius laterib⁹ depẽ
det: quia quisq̃s potenti ⁊ iniquo adheret:
ipse quoq; de eius potentia velut ex pingue
dine rerum tumet: patroni peruersi iniq̃tatẽ
sequens deum non timeat: quos valet ⁊ q̃n
tum valet paupes affligat: de gloria tempo/
li coz eleuet. Cum ergo talis est q̃ iniquo po
tenti adheret: de eius ꝓfecto latere aruina
dependet. De q̃bus adhuc subditť: ℣ XXIII
H Abitabit in ciuitatib⁹ desolatis ⁊ in C A
domibus desertis: que in tumulos
sunt redacte. Quia eni a quersatio/
ne ꝙuientiũ ciuitas appellať: ciuitates deso
late sunt: ipsi obseq̃ntiũ cunei peruersoz: q̃/
rum dum oribus puersus iste laudatur: ad
prava opera per nequitiã rapitur. Unde scri/
ptum est: Laudať peccator in desiderio ani/ ps. 9.
me sue: ⁊ qui iniqua agit bñdicitť. Dom⁹ vo
deserte: sunt cogitatiões prave: quas iniqu⁹
iste inhabitat: quia p omne qõ agit iniquo/
rum hominũ placere cogitationib⁹ appetit.
Que ciuitates desolate ⁊ domus deserte re/
cte noiantur: quia nisi ops deus talium con
uersatiões cogitationibusq; p̃cedentib⁹ eoz
culpis relinqueret: ad grauiora ppetranda
mine peruenirent. Bene autem dicit: que
in tumulos sũt redacte. Ruentia nanq; do/
moz atq; ciuitatũ edificia tumulos faciunt:
quoniã dum praui quiq; ꝓfusis actionibus
sibimetipsis ad puersa opera iungunť: ostẽ
dunt ꝓculdubio quia de edificio vite ceci/
derunt. Sequitur. ℣ Nõ habitabitur: nec Tex.
pseuerabit substantia eius: nec mittet in ter B
ra radicem suam: Qõ hic non habitabit di/
ctum est: in quibusdaz codicib⁹ reperi non

ditabit. Sed sensus non discrepat: quis a se sermo discordet. Ille enī virtutib⁹ ditatur cui⁹ mentē inhabitat op̄s deus. Sed q̄ superbi cogitatio ab auctoris sui gr̄a non inhabitatur: p̄fecto p̄ hoc virtutib⁹ non ditatur. Propt̄ hoc ergo q̄d interi⁹ est vacuⁿ dicatur: non inhabitabit: ppt̄ hoc v̄o q̄d trā sitorie fōras tumet recte subiūgitur: nec pseuerabit substantia eius. Ac si aperte dicat: Hoc q̄d habere videt exterius trāsit: et illō q̄d transire non poterat interi⁹ non habet.

Ter. Unde et apte adiūgit: ℣ Nec mittet in terrā radicem suam. Nō si de hac terra dictum accipim⁹: liquet p̄culdubio q̄ arbor que in terra radicez non habet vel tenuissimis cōmota flatib⁹ cadet. Et supbus quisq̄ dū cōtra oipotentē dn̄m roborat: dum currit erecto collo et in pingui ceruice contra auctorez erigit: stare quasi arbor videt. Sed status eius sine radice est: q̄ velut ad ꝓlenem flatuz sic ad motū occulte sentētie vita eius eruit.

Ps.141. Sin v̄o hoc loco terram eterne vite retributionem accipim⁹: de qua ꝓpheta ait: Portio mea in terra viuentiū: iniquus iste in terrā radicē suam non mittit: q̄ nunq̄ ad eterne vite desideriū cordis sui cogitationē plātat.

A Quod enī radix arbor: ℣ Cap̄. XXIIII
is: h̄ vniuersq̄ hominuz cogitatio sua est: q̄ in hoc q̄d exteri⁹ videt: p illud tenetur q̄d interi⁹ non videt. Unde et

Esa.37. p̄ ꝓphetam dicit: Mittet radicē deorsum: et faciet fructū sursum. Cū enī cogitationez nostrā ad compatiendū indigenti ꝓximo tēdimus: quasi radicē deorsum mittim⁹: vt retributionis fructū supius faciam⁹. Sequit

Ter. ℣ Nō recedit ō tenebris. Si supbus iste a culpa ad iusticiā redire voluisset: de tenebris recederet. Sed q̄ lucem iusticie non querit de tenebris non recedit. Cui⁹ etiam exēplo bi qui ei adherent in terrenis ꝓuectib⁹ anhelant: auaricie facib⁹ accenduntur: desideriorum carnaliū ignibus vruntur. Unde et subditur:

Ter. ℣ Ramos eius arefaciat flāma. Si enī sibi quosdā eternam patriam querētes adiūgeret: ramos in se virides haberet. Sed quia

B ipsi q̄z qui ei ꝓiuncti sunt terrenis desideriis estuant: et duz desideriorum flāma clientū eius animos accendit scilicet ramos arefacit: vt fructum boni operis non ferant: q̄ ad appetenda infima p̄ nequiciam anhelant. Ñ autem subdit:

Ter. ℣ Et auferet spiritu oris sui. Superbus etenī quisq̄ quo in hac vita pl⁹ valet eo sibi lingue frena audacius relaxat: vt loquat peruersa quelibet: nullū de verbis suis metuat. istos ꝓtumelijs feriat. illos maledictiōib⁹ iaculetur. Nōnunq̄ v̄o in blasphemiam ꝓtra ꝓditorē rapit: sicut de talib⁹ per psalmistā dicit: Posuerūt in celo os suum: et lingua eorum trāsiuit sup terrā. Unde et diues in igne posit⁹: stillari sibi aquā ex digito lazari in lingua postulat. Qua ex re intelligit: q̄ vbi amplius peccauerat: ibi atrocius ardebat. Recte ergo nunc dicit: Et auferet spūoris sui: q̄ eo pcussionis sententiaz accepit quo oris sui spiritū sub diuina formidine non restrinxit. Sequit. ℣ Non credat fruſtra erroze decept⁹: q̄ aliq̄ ꝓtio redimendus sit. Quotiēs post culpam elemosynas facim⁹: q̄si ꝓ ꝓauis actib⁹ ꝓtiū damus. Unde et ꝓ ꝓphetā de eo q̄ hec nō agit dicit

Ps.48. Nō dabit deo ꝓpitiationē suam: nec ꝓtiū redemptiōis anime sue. Nōnunq̄ v̄o diuites elati inferiores opprimūt: aliena rapiūt: et tamen q̄si quedā alijs largiunt: et cū multos deprimāt: aliq̄n quibusdā opem defensionis ferūt: et ꝓ iniq̄tatib⁹ quas nunq̄ deserunt dare ꝓtiū vident. Sed tūc elemosyne ꝓtiū nos a culpis liberat: cuz ꝓpetrata plangim⁹ et abdicam⁹. Nam q̄ et semp peccare vult: et q̄si semp elemosynā largiri: fruſtra ꝓtiū tribuit: q̄ non redimit aiam quā a vicijs non compescit. Un̄ et nūc dicitur: Non credit fruſtra erroze decept⁹ q̄d aliquo ꝓtio redimēdus sit: q̄ elemosyna supbi diuitis eū redimere nō valet: quā ꝓpetrata simul rapina paupis ante dei oculos ascēdere nō permittit. ℣ Cap̄. XXV

A Quod fortasse intelligi aliter potest Quia sepe supbi diuites et cū elemosynā tribuūt: non hanc ꝓ eterne vite desiderio: sed ꝓ extendēda vita tempali largiunt: morte se posse differre dationib⁹ credūt. Dz non credat fruſtra erroze decept⁹ q̄d aliq̄ ꝓtio redimēdus sit: q̄ obtinere ex impēso munere non valet: vt finem debitū euadat: cui⁹ etiam nequicia intercidit vitam. Unde et subditur: ℣ Anteq̄ dies eius impleant peribit et manus eius arescet. Prefixi dies singulis ab interna dei p̄sciētia nec augeri possūt nec minui: nisi ꝓtigat vt ita p̄sciat: vt aut cū optimis opib⁹ longiores sint: aut cuz pessimis breuiores: sicut ezechias augmentū dierum meruit impensiōe lachrymarū: et sicut de ꝓuersis scriptū ē: Indisciplinatis obuiat mors. Sed sepe iniquⁿ q̄uis in occulta dei p̄scientia longe vite eius tempa non sint p̄destinata: ipse tamē q̄ carnaliter viuē appetit: longos animo dies ꝓponit. Et q̄ ad illud tps puenire ñ valet q̄d expectat: q̄si anteq̄ dies illⁱ impleant perit. Nō tñ intelligē et aliter

Ter. Ter. Ter. Ter. Ter. Ter. Ter. Ecc.20. B

possum⁹. Plerūq; enī quosdaz cernim⁹ z p uerse agere: z vsq; ad senectutē vltimā pue nire. Quō enī dicit anteq; dies ei⁹ implean tur pibit: cū in q̄busdā sepe videam⁹ q: eta te longa iam mēbra deficiūt: z tñ prauitatez suā eoz desideria exeq̄ non desistūt. Sunt nanq; nōnulli q̄ post vitā pdītā ad semetip sos redeūt: z accusante se ꝛsciētia perūsa iti nera relinquūt: cōmutāt opa: ātique sue pra uitati ꝛtradicūt: terrenas actiōes fugiūt: de sideria supna sectant: sed ꝑusq; in eisdez san ctis desideriis solident p tꝛpozē mētis ad ea que diiudicare cepāt redeūt: atq; ad ma la que fugere dispositerāt recurrūt. Quia ei sepe ꝛtingit vt p vtilitate multoꝛ: etiaz san cti viri exterioꝛ b⁹ actib⁹ seruiant: z populo rū gubnationib⁹ occupent: hoc infirmi aspi cientes z p vetustā supbiā adhuc querētes imitari: exterioꝛib⁹ actib⁹ se inserunt: ꝟ q̄to ad eas non eruditi spiritalib⁹ venūt: tanto eas carnalit exequunt. Nisi enim ꝓius coꝛ longo studio z diutina ꝙuersatiōe in desideꝛijs celestib⁹ ꝙualescat: cuz ad exterioꝛa agē da refundit: ab omni statu boni opis eradi/ cat. Vñ recte q̄s de ꝟ iniq̄ dicit: Anteq; dies ei⁹ ipleat pibit: q: etsi q̄d boni fortasse agere ceperit ꝑusq; in eo p longitudinē tpis ꝙuale scat ad exterioꝛa relabit: z puerse deserit q̄ recte inchoasse videbat. Vñ z apte subdit: ℣ Et man⁹ eius arescet. Quia dū exteriozi/ bus actib⁹ intempestiue iuoluit: ab oi nimi/ rū bona opatione siccat. Unde adhuc bene subdit: ℣ Ledet quasi vinea in ꝓmo floꝛe: botrus eius q̄si oliua ꝓiciēs florem suum. Cōgregatio enī hypocrite sterilis. Notan/ dū q̄ sic ō ꝟ iniquo generalit loquit: vt tamē diuin⁹ sermo ad specialē eius neq̄ciam deri/ uetur. Qui enī dicens ledet quasi vinea in ꝓmo floꝛe botrus ei⁹: z quasi oliua ꝓiciens germen suū ꝓtinus subdit: ꝙgregatio enim hypocrite sterilis: patent indicat q: in ꝟ iniq̄ repꝛobatiōis sententiā ꝓtra ei⁹ hypocrisim inferat. ℣ Cap. XXVI

Sed nūc pensandū nob est: qualiter hypocrita sicut vinea in primo floꝛe vel sicut oliua florem ꝓiciens ledat. Si flo rentem vineā p ineqlitatē aeris imoderatuz frigus attigerit: ptin⁹ ab oi humoꝛe viridi/ tatis arefacit. Et sunt nōnulli q̄ post puersa itinera sanctas vias sectari appetūt: ꝟ ꝑusq; in eis vt dixim⁹ desideria bona roboꝛent: quedā illos pntis seculi ꝓsperitas accipit: q̄ eos reb⁹ exterioꝛib⁹ implicat: z eoꝛ mentez dū a caloꝛe intimi amoꝛis retrahit: q̄si ex frī/ goꝛe extinguit: z q̄cq̄d de ꝟtutuz in eis floꝛe apparere videbat interficit. In terrenis q̄p pe actib⁹ valde frigescit animꝰ: si necdū fue/ rit p intima dona solidat⁹. Vñ necesse est vt loca maioꝛa vel exterioꝛa opa q̄ hūanis sūt necessitatib⁹ ꝓ futura illi exercēda suscipiāt q̄ hec diiudicare atq; sibimetipsis pmere ex ꝟtute intima nouerūt. Nam cū infirm⁹ q̄sq; vel ad locū regiminis vel ad exterioꝛa agen/ da retrahit: quo quasi extra se reducit era/ dicatur: quia z arboꝛ que radices in altū pri us non mittit citius ventoꝛ impetu sternit: si se ad altam verticē extollit: eoq; citius ad ima coꝛruit: quo altius in aere sine radicib⁹ excreuit. Nōnunq; ꝟo florentē vineā nō fri gus sed estus arefacit. Cunq; imoderato ca loꝛe tangit: discusso floꝛe botr⁹ tabescit. Et plerūq; ꝓtigit: vt hi q̄ ad bona opa recta in/ tentione non venūt: cū placere sē hoib⁹ vi/ dent: ad exercēda hec eadem opa vehemēti us accendant humanis placitura ocul⁹ age/ re anxie studeāt: z quasi sancto studio ferue scāt. Quid itaq; istos nisi in floꝛe estus ꝓtigit quos humane laudis appeticio a fructu alie nos fecit? Vñ z bñ subdit: ℣ Et q̄si oliua p ꝓiciens florem suū. Oliua q̄ppe cuz in floꝛe ē si imoderata nebula tangit: a plenitudie fru ctuū vacuatur. Et quotiēs inchoātes quiq; bona opera laudari ab aspicientib⁹ ceperit atq; in suis laudib⁹ delectari: fit caligo intel ligentie in cogitatione vt iam discernē neq/ at qua intentione quid faciat: z fructū pdit: operis velut ex nebula fauoꝛis. Unde bene per Salomonem dicitur: Mane surga/ mus ad vineas: videamus si floꝛuit vinea: si floꝛes fructus parturiunt. Florent quip/ pe vinee: cū mentes fideliuz bona opa ꝓpo nunt: sed fructus non pariunt si ab eo qđ p/ posuerint aliquibus victi erroꝛibus infir/ mantur. ℣ Cap. XXVII

Non g̃ intuēdū est si vinee floꝛeāt ꝟ si flores ad partū fructuū ꝙualescant: q: mirū nō ē si q̄s bona inchoat: ꝟ valde mi/ rabile ē si intētiōe recta in bono ope ꝑdurat Vñ fit plerūq; vt si in bono ope recta inten tio nō teneat: etiā ipsum ꝟ opus qđ bonū cre ditur amittat. Nā quosdā sepe vidim⁹ terre na que possederāt reliquisse: z nil iaz trāsito rīū querere: nullis ꝓ hac vita iurgijs ammi sceri. Cū itaq; hoc in se fidelis aīa oñdit: q̄si oliua floꝛē ptulit. Cz cū q̄daz ex talib⁹ rur/ sus ceperit mōi gloriā quā ꝓtēpserāt q̄rere z terrēis reb⁹ q̄s spreuisse videbāt insaciabi lit inhiare: vacare iurgijs: pxioꝛ lesiōes ex quirere: nimiruz placuit oliua florem quem ꝓposuit quia rudimenta boni studij ad

perfecta opera non perduxit. Sed sciendum est: quia hec semper eis eueniunt: qui deum puro ac simplici studio non sequuntur.

Tex. ¶ Unde recte subdit: Cōgregatio enim hypocrite sterilis. Certa eni bona non amitteret: si hypocrita non fuisset. Congregant vero et hypocrite bona opera: sed eorū sterilis est ipsa congregatio: quia per hoc qd agūt fructum recipere in eterna retributiōe non appetunt: fecundi ac virides in suis operibus humanis oculis vident: sed in ꝯspectu occulti iudicis infecūdi ⁊ aridi apparent. Sepe vero estu auaricie accensi eo maiora de se opera humanis oculis ostēdūt: quo amplio ra sibi ab hoibus offerri munera appetunt.

Tex. Unde adhuc subdit: ¶ Et ignis deuorabit tabernacula eorum: qui munera libenter accipiunt. Sicut enim corpus in tabernaculo: sic mens habitat in cogitatione. Sed ignis tab

C nacula deuorat: cū estus auaricie cogitationes deuastat. Et fit plerūq; vt hypocrita aurum vel queq; bona corpalia ab hoibus accipere ꝯtemnat. Sed quia hec non accipit maiores ab eis laudes recipe querit: ⁊ fortasse munus se accepisse non estimat: qr bona corporalia recipere recusat. Unde sciendum est: quia aliqñ munus a manu: aliquādo vero ab ore porrigit. Nam qui nūmū tribuit: munus ex manu dedit. Qui autē verbum laudis impendit: munus ab ore ꝓtulit: hypocrita itaq; etsi exteriora bona que terrene ⁊ forsitan necessitati congruūt accipere recusat: plus est qd sibi retribui appetit: cum vltra meritū laudari desiderās munus ab ore querit. Et quia i ipso laudis appetitu nimio cor ardore succendit dicat recte. Et ignis deuorabit tabnacula eorum: qui munera libenter accipiūt. ¶ Cap. XXVIII

A In vero eorum tabnacula corpa debemus accipe in quibus illorum anime habitant: ignis eorum tabnacula deuorat: quia q̄ hic in mente ardent igne auaricie: illic etiam in carne ꝯcremant ignibus gehenne. Et quia mens hypocrite nunq̄ vacat a malicie cogitatione: nam siue terrena queq; seu laudem appetat: hec alijs inuidet que sibi tribui anhelat: ⁊ tanto ceteros ostendere peruersos molitur: q̄to videri sanctior omnibus appetit: vt ex eo qd alij despicabiles fiunt: ipse reuerentior semp appareat. Unde fit: vt d opinione ꝓximi ante hūana iudicia lingue sue laqueos p̄tendat vt eorum quibus placere appetit: solus estimationē capiat. Unde ⁊ seq̄tur.

Tex. B ¶ Concepit dolorē ⁊ peperit iniq̄tatem et vterus eius prepat dolos. Dolores quippe concepit: cum ꝑuersa cogitat. Iniq̄tatem parit: cū explere ceperit qd cogitauit. Inuidendo dolorem concipit: derogando dolorē peperit. Grauis quippe est iniq̄tas: quando is qui peruersus est: ostendere alios peruersos molitur: vt inde ipse quasi sanctus appareat qd alios sanctos non esse docuerit. Sciendū vero q̄ in sacro eloquio ventris vel vteri noīe mens solet intelligi. Hinc est enim qd per salomonē dicit: Lucerna dñi spiraculū hominis: que inuestigat oīa secreta vētris. Lux eni gratie que desuper venit: spiraculū hoīs prestat ad vitam: que videlicet lux oīa secreta ventris inuestigare dicit: qr occulta mentis penetrat: vt ea que de seipa latebant animā ante eius flenda oculos reducant. Hinc hieremias ait: Uentrē meum ventrem meū doleo. Qui vt ventrē suū qd dixisset ostenderet: adiūxit. Sensus cordis mei turbati sunt. Uteri itaq; noīe recte mēs accipit: quia sicut ꝓles in vtero ꝯcipit: sic cogitatio in mente generat: ⁊ sicut in ventre cibi: ita ꝯtinent in mēte cogitatiōes. Uterus itaq; hypocrite prepat dolos: quia tanto sp maiorem maliciā contra ꝓximos i mente cōcipit: q̄to solus ꝓ omnibus videri inocentior querit. Hec idcirco eliphas ꝓtulit quia beatum iob tanto ꝑcussum verbere ꝓpter hypocrisim putauit. Sed eius verba etsi multis ꝯgruūt: ab ipso solo aliena sunt ꝑ quo solo dicebant: quia sanctus vir nihil in suis actibus duplicitatis habuit: quem testis veritas de cordis simplicitate laudauit.

Prouc. 20.

Jere. 4. C

¶ Sancti Gregorij ¶ Liber XIII

¶ Capitulum I

A Ipse hoc peruersorum ꝓprium solet: quod sua mala per ꝯuiciuz bonis ingerant priusq̄ de eis ipsi veraciter accusent: ⁊ dū metuunt increpari de his que faciunt adūsantes suis prauitatibus iustos hec facere testantur. Sancti autem viri patient audiunt etiā que se nunq̄ fecisse meminerūt: q̄uis ea mala que sibi ingeri conspiciūt ab ipsis suis criminatoribus nouerint perpetrata: ⁊ cum eos predicādo corrigere non possunt: patiendo tolerant: quatinus si fructum ꝯuersionis eorum consequi non valent: ex ipsis tamen p̄mium longanimitatis acquirant. Unde et sancta ecclesia dauid ꝓphete vocibus dicit: Supra dorsum meum fabricauerūt pctōres qr videlz dū hereticos vel q̄slibz reprobos q̄s corrigē nō valet tolerat: facta peccantiū

Ps. 128.

supra dorsum portat. Beatus itaq; iob videns elipham amicū suū: multa contra se ō hypocrisi ꝓquerentē: qui ex ꝓsolationis verbo ad amaritudinē increpatiōis eruperat et simulat⁹ consolator apparebat: per patientiam suam typum seruat ecclesie: que nouit talia audiēdo tolerare: ⁊ cū eius sermo ammittitur ratiocinādo destruere ⁊ dicit:

Job. La. XVI. B

AUdiui freq̄nter talia. Electi quippe freq̄nter aliena mala quasi sua audiunt et ab his eis crīnen impingitur: a quibus crimina impicta perpetrantur. Hac autem responsione beatus iob illud ecclesie tempus significat: quo oppressa ab aduersarijs tēporali eorum potentia quasi deiecta creditur. Unde sequit. ℣ Consolatores onerosi omnes vos. Siue enī heretici seu praui quilibet cum laborare bonos in adūsitate ꝓspiciūt: in eo qō illos ꝓsolari appetūt: mala eis psuadere conant. Unde non imerito bonorum mentib⁹ onerosa fit eoꝝ ꝓsolatio: qr inf verba dulcedinis virus ꝓpinare cupiūt errorīs: ⁊ dum dictis lenib⁹ dolores quasi leuigant: peccati onus imponere festinant. Sed electi viri etiam cū temporali gloria priuantur: interni vigorē iudicij nō amittūt. Nā scīunt ⁊ foris aduersa perpeti: ⁊ tamē interius infracti: recta sine pauore defendere. Unde subiūgitur. ℣ Nūquid habebūt finem verba ventosa? Ventosa enī verba sunt: que inflatione tēpali potius q̄ rectitudini seruiunt. Sepe autem mali etiam bona dicunt: sed quia bene non dicūt ventosa verba ꝓferunt. Nam dicta eoꝝ etsi quādo sana sunt p sententiā: inflata tamē sunt per elationē. ℣ In hoc vo qō dictus est ꝓsolatores onerosi omnes vos: quid aliud beati iob magisterio docemur: nisi vt q̄s q̄ ppendere solicite sciat ne luctus tempore verba increpatiōis inferat? Si enī sunt quedam que increpari iure debeant: in afflictione postponēda sunt: ne ꝓsolator increpādo dolorem augeat: quē lenire ꝓposuerat. Sequitur. ℣ Aut aliq̄d tibi molestuz est si loq̄ris. Quasi viri cū alijs sibi similib⁹ ꝓuitiosa verba ꝓferūt: eo citius obtumescūt: quo de se talia mox audiūt: qualia suis auditoribus dicūt: Cū autem bonos viros per ꝓuitiosa verba iaculātis: nil eis molestie ex conuitio nascit: quia contra tacētes loquunt: nec cōpellunt audire qō sūt: qr iusti ꝓuitia nō reddunt etiam dum cogunt audire qō nō sunt. Si ergo dicit: aut aliq̄d tibi molestū ē si loquaris. Ac si apte diceret: Eo plus loq̄ris q̄ a me molestū aliq̄d de tua actiōe non audis Unde ⁊ subdit. ℣ Poterā ⁊ ego similia vestri loq̄. Narrat iust⁹ q̄d facere potuit: ꝑ ne iusticiam deserat qō facere potuit declinat. Sequit. ℣ Atq; vtinā esset anima vestra ꝓ anima mea: ꝓsolarer ⁊ ego vos sermonibus et mouerē caput meū super vos. Roborarē vos ore meo ⁊ mouerē labia mea quasi parcens vobis. Aliqñ necesse est vt prauis mētibus que humana ꝓdicatione corrigi neq̄unt diuina flagella optari benigne debeant: Nō cū magno fit amoris studio: qr videlz non errātis pena sed correptio queritur: ⁊ oratio potius q̄ maledictio esse monstrat. In his autem verbis hoc beat⁹ iob monstrat intendere: vt amici q̄ dolori illius per charitatem compati nesciebāt: ab exprimēto discerent aliene afflictioni qualit̄ misereri debuissent: atq; edomiti doloꝝ a sua passiōe trahērēt: ꝓsolationē alijs qualit̄ inferrēt: ⁊ nūc salubrius intrinsecus viuerēt: cū aliq̄d extrinsecus ō infirmitate sentirēt. Notandū q; nō ait: vtinam esset aia vestra ꝓ aia mea: qr ꝓfecto sibi malediceret: si se illis fieri similez optaret. Illis vo meliora voluit: quos sibi fieri similes quesiuit. Consolamur vo prauos in flagello ꝓstitutos: cū de exteriore pcussione interiorem in eis ꝓualescere salutē indicamus. ℣ Cap. III

Caput etiam mouem⁹: cum mentem que pncipale nostruz est ad compassionē inflect⁹im⁹: eosq; inter flagella roborāmus cū dolores eoꝝ vim verbis mitib⁹ lenimus. Sunt nanq; nōnulli qui dum interna nesciūt: de malis exteriorib⁹ desperabilit̄ affligunt: de q̄bus ꝑ ps dicit: In miserijs non subsistent. Ille eteni bene nouit in exterioribus miserijs subsistere qui scit semp de spe interna gaudere. Nō vo non ait parcens: sed q̄si parcens vobis: nequaq̄ hoc negligent ptereundū puto: quia sancta ecclesia discipline vigorem cū pmixtione māsuetudinis seruans aliqñ malis ⁊ quasi parcens nō parcit: aliquādo vo ⁊ quasi non parcens parcit Nō melius ostendim⁹ si ipsa que plerunq; accidunt pferam⁹. Ponam⁹ itaq; ante oculos mentis duos prauos intra sanctā ecclesiam esse constitutos: quoꝝ sit vnus potens ⁊ proteruus: alter mitis ⁊ subditus. Si q̄ miti et subdito culpa surripuerit: hāc ptinus increpando predicator insequitur ⁊ corripit: eūq; corripiendo a culpa liberat: atq; ad viam rectitudis reformat. Quid itaq; huic nisi nō pcens pepcit: qr dū correptiōis verbū

Tex. A Tex. Tex. Tex.

non distulit citius hūc a culpa liberauit. Li
bere enī arguenꝺ non pepercit ſed in eo qꝺ
coꝛrexit pepercit. At contra potens ⁊ ꝓter/
uus cum aliquid ꝓpetraſſe cognoſcit tempꝰ
queritur: vt de malo qꝺ fecit increpet. Niſi
enī predicatoꝛ ſuſtineat quādo conferre con
grue coꝛreptionē poſſit: auget in eo mālū qꝺ
C inſequitur. Sepe enī contingit vt talis ſit q̄
nulla increpatiōis ꝛba ſuſcipiat. Quid itaq̄
in huius culpa ꝑdicatoꝛi agendū eſt: niſi vt
in ſermone ammonitiōis quem ꝓ cōmuni
ſalute omniū auditurū facit: taleſ culpas ad
mediū deducat: quales eūz perpetraſſe ꝓſi/
derat: qui ⁊ preſto eſt: ⁊ de ſe ſolo adhucar/
gui non poteſt ne deteriꝰ fiat. Et cum gene
raliter contra culpam inuectio intendit coꝛ/
reptionis libenter verbum ad mentē ducit:
quia potens prauus ignoꝛat q̄ ſibi hoc ſpe/
cialiter dicatur. Quid itaq̄ iſti predica/
toꝛ ſuus: niſi parcēs mīme pepercit? Cui et
ſpecialiter coꝛreptiōis verba non intulit: ⁊ ta
men vulnus illius ſub cōmuni ammonitiōe
percuſſit. Unde fit plerūq̄: vt eo vehemen/
tius perpetratā culpam lugeat: quo reatum
ſuū ⁊ cum ſe percuſſum ſentiat neſcire putat

A Magna itaq̄ ꝑdicationis. Cap. III
arte agendum eſt: vt qui ex āper/
ta coꝛreptione deteriꝰes fiunt quo
dam temptamēto coꝛreptiōis ad ſalutem re
1.Coꝛ.12. deāt. Unde etiam paulus dicit: Que puta/
mus ignobiliꝰa membꝛa eſſe coꝛpoꝛis his
honoꝛem abūdantioꝛē circūdam⁹: ⁊ inho/
neſta noſtra abūdantioꝛem honeſtatem ha/
bent: honeſta autem noſtra nullius egent.
Sicut enī inhoneſta membꝛa coꝛpoꝛe ita q̄/
dam ſunt intra ſanctam eccleſiā pōtentes et
ꝓteruī. Qui dum aperta iuectione ferīri ne/
queunt: quaſi honoꝛe tegminis velant: ſed
de occultis potentū delictis loq̄mur. Nam
quando ⁊ alīs cognoſcentib⁹ peccant: alīs
etiam cognoſcentib⁹ increpandi ſunt: ne ſi ꝑ
dicatoꝛ tacet culpam approbaſſe videatur:
B atq̄ hec creſcens in exēplū veniat. quā pa/
ſtoꝛalis ligua non ſecat. Sancta ergo eccle/
ſia cū per ꝑdicatoꝛes ſuos quedam facta ma
loꝛū ſub diſpenſatiōe inuentionis increpat:
labia quaſi parcens mouet: ſed tamen parcē
do non parcit: quia ab iuectiōe culpe gene/
raliter non tacet que ſpecialiē tacet. Sequit

Tex: Sed q̄d agam ? Si locut⁹ fuero nō quie/
ſcit doloꝛ meus: ⁊ ſi tacuero nō recedit a me.
Hoc perſone beati iob qualiter cōgruat nul
lus ignoꝛat. Sed ſi ad ſancte eccleſie typuz
trahatur: hec ⁊ cū loquit doloꝛ mīme quie/
ſcit: qñ locutione ſua peruerſos mīme coꝛri
gi ꝓſpicit: ⁊ cū tacet doloꝛ mīme recedit: q⁹
etſi auerſata ꝓticuerit: hocipſum ampliꝰ qꝺ
tacet gemit: quia ſe tacente puerſoꝝ culpas
excreſcere ꝓſpicit. Sequit. Nūc aūt op/
preſſit me doloꝛ meus ⁊ in nihilū redacti ſūt
omnes artꝰ mei. Doloꝛe ſuo ſancta eccleſia
premit: qñ in malicia ſua creſcere perūſos in
tuet. Et q⁹ dū prauī creſcūt: etiam infirmi q̄
in ea ſunt ad ſequenda ſtudia prauitatis irri
tant recte addit: ⁊ ad nihilū redacti ſūt om/
nes artꝰ mei. Sicut enī per oſſa fortes: ⁊ ſic
per artꝰ infirmi quiq̄ deſignari ſolent. Qꝺ
C bꝛa ergo eccleſie ad nihiluz rediguṅ: qñ ex
imitatione prauoꝝ in hoc mūdo creſcentiuz
infirmi quiq̄ deteriꝰ infirmanṫ. Videntes
etenī felicitatē maloꝝ ſepe ⁊ ab ipſo fidei ſta
tu dilabunṫ: bona tpalia appetūt: ⁊ veluti ſ
nihilū rediguṅ: q⁹ dū manentem dei eſſen/
tiam deſerūt: diligentes tranſitoꝛia quaſi ad
non eſſe tendūt. Bene autem dicit: nūc aūtē
oppreſſit me doloꝛ meꝰ: q⁹ videz tempꝰ doꝛ/
loꝛis eccleſie modo eſt tempꝰ gaudij poſtmo
dū ſequit. Sepe ꝛo contingit vt ſancta ec/
cleſia nō ſolū infideles atq̄ extra poſitos ad
uerſarios toleret: ꝫ eoꝝ quoq̄ inſidias atq̄
adūſitatez vir ferat q̄s intus habet. Uñ bti
viri voce apte moꝝ apte ſubdit. Et ruge
mee teſtimoniū dicūt contra me. Cap. V

Quid per rugas niſi duplicatas deſi
gnat? Ruge itaq̄ ſunt ſancte eccle/
ſie omnes qui in ea duplicit viuunt
q̄ fidem vocib⁹ clamant: operib⁹ denegant.
Ibi nimirū pacis tempoze: quia hui⁹ mundi
poteſtatib⁹ eandem fidem honoꝛi eſſe ꝓſpici
unt: fideles ſe eſſe mentiunṫ. Sed cū ſanctaz
eccliaz ſubdita adūſitatis ꝓcella turbauerit
ilico oſtendūt quid in perfidia mente moliū/
tur. Has aūt rugas in electis ſuis ſancta ec/
cleſia non habet: q⁹ videlicet neſcīt aliud ꝫ
ſe foꝛis oſtendere ⁊ int⁹ aliud habere. Unde
recte egregi⁹ ꝑdicatoꝛ dicit: Ut exhiberet
ipſe ſibi gloꝛioſam eccleſiam non habentem
maculā aut rugam. Maculam q̄ppe aut ru
gam non habet: que ⁊ turpitudie opis ⁊ du
plicitate ſermonis caret. Sed q⁹ nūc intra ſi
nū fidei multos etiā repꝛobos tenet cuz ips
ꝓſecutiōis exarſerit ipſos hoſtes patit: q̄s
ꝑdicationis verbis. alere ante videbatur:
Dicat q̄ ruge mee teſtimoniū dicūt ꝓtra me
id eſt. ipſi me inſequēdo increpāt: qui nūc in
meo coꝛpoꝛi poſiti duplicitatis ſue in ſe mali
ciam non emēdant. Unde bñ adhuc ſubdit

B Et ſuſcitat falſiloquus aduerſus faciem
meam: ⁊ tradicens mihi: Etiaz pacis ſue tpe
ſancta eccleſia falſiloquū patitur: dum ſunt

in ea multi qui de eternitatis pmissiõe diffidũt: ⁊ tamen se fideles esse mentiuntur. Qui dum p̃dicationi eius aperte ꝓtradicere non p̃sumũt: falsiloquiũ non contra faciẽs sed quasi post dorsum patitur: sed cũ malicie tẽpus erupuerit is qui nunc metuẽs derogat: ad ꝓtradicendum ante faciem venit: qꝫ veris vere fidei apertis vocibus obsistit. Sciendum vero est cum hec a carnalibus patimur: non tam ipsi sunt qui in nostra morte seuiunt: ꝙ malignus spiritus qui eorũ mentibus p̃cipatur: sicut per paulum dicitur. Non est vobis colluctatio aduersus carnẽ et sanguinem: sed aduersus p̃cipes vel p̃cipatus ⁊ potestates: aduersus mũdi rectores tenebrarũ harum. Uñ cũ hic quoq; de falsiloquo loqueretur: apte mox ad describẽdũ eius falsiloqui p̃cipem verba ꝓuertit dicẽs: ℣ Collegit furorẽ suũ in me: ⁊ cõminãs mihi infremuit contra me dentibus suis hostis meus terribilibus oculis me intuit⁹ est. Quid aliud oẽs iniqui ꝙ membra sunt diaboli: Ipse itaq; per eos agit quicq̃d in eorũ cordibus vt agere debeant imittit. ℣ VI

Habet autem etiam nũc diabolus cõtra sanctã ecclesiã furorem: sed sparsus eius furor est: quia occultas tentationes per singulos mouet. Cum vo cõtra eum in aperta p̃secut'one p̃rupit: furorẽ suũ in eam colligit: quia in afflictione illi⁹ tota se intentiõe ꝓstringit. Membra autẽ eius hoc pacis tempore idcirco contra electos collectum fororem non habent: quia maliciam suam minus se sentiũt posse implere quã volunt. Cũ vo sibi suppetere licentiam prauitatis aspexerint: tanto hanc audaci⁹ feriunt ꝙto ⁊ contra illam ex vnanimitate glomerãtur. Recte itaq; nũc dicitur: collegit furorez suũ in me. Cuius adhuc furor vt latius exponatur dicit: ⁊ cõminans mihi infremuit contra me dentibus suis. Be quo ⁊ subdit. ℣ Hostis me⁹ terribilib⁹ oculis me intuitus est. Ille quippe antiquus hostis ecclesie cõtra hanc dentib⁹ fremit: eamq; terribilibus oculis intuetur: quia per alios crudelia exercet ⁊ p alios que exerceat puidet. Dentes hui⁹ hostis sunt bonor̃ p̃secutores atq; carnifices qui eius membra laniant dũ electos illius suis p̃secutionib⁹ affligũt. Oculi vero hui⁹ hostis: sunt hi qui contra eam puidẽt mala que fiant: suisq; ꝓsilijs p̃secutor eius crudelitates inflãmant. Antiquus ergo eius adũsarius fremit contra eam dentib⁹ suis: dum per crudeles reprobos in ea insequit vitam bonor̃. Intuet hanc terribilib⁹ oculis quia prauor̃ ꝓsilijs non cessat mala exq̃rere in quibus hanc semp deterius affligat. Nam sicut incarnata veritas in p̃dicatione sua pauperes ideotas ⁊ simplices elegit: sic econtrario damnat⁹ ille homo quez in fine mũdi apostata angelus assumit: ad p̃dicandam falsitatẽ suam astutos: ac duplices atq; huius mũdi scientiam habẽtes electur⁹ est. Unde ⁊ p esaiam dicitur. ℣ Cap. VII

O Tẽ terre cymbalo alarũ que est trans flumina ethyopie que mittit in mari legatos ⁊ in vasis papiri sup aq̃s Terra quippe cui ve dicit: ille p̃cipaliter homo damnat⁹ est: qui alarũ cymbalũ vocat q̃ hi q̃ per supbiam in altitudinẽ cogitatiõis euolant: eundem puersum hominẽ p̃dicando sonant. Que scilicet terra recte trãsfluminã ethyopie esse phibetur. Ethyopia etenim nigrũ populũ mittit: ⁊ omnẽ hominẽ mundus iste quia peccatorẽ profert quasi nigrũ ethyopia populũ parit. Sed terra cui ve dicitur: trãsflumina ethyopie esse phibetur: qz damnatus ille homo tanta imẽsitate iniqu⁹ est: vt oium peccantium peccata transcẽdat. Qui mittit in mari legatos: quia p̃dicatores suos in seculo spargit. De quibus recte subditur q̃liter mittant: dum dicit in vasis papiri super aquas. Ex papyro quippe charta est. Quid itaq; per papyrũ: nisi secularis scientia designat⁹ Vasa ergo papyri sũt corda doctor̃ secularium. In vasis igit papyri super aquas legatos mittere est: p̃dicationẽ suam in sapientũ carnaliũ sensib⁹ ponere: et defluentes ad culpã populos vocare. Qui ergo illic p vasa papyri: ipsi hic quia carnaliter vident per oculos designant. De quibus ⁊ adhuc subdit: ℣ Aperuerunt sup me ora sua exprobrãtes. Ora sua reprobi exprobrantes aperiũt: cũ ⁊ erroris sui mala p̃dicare non metuũt ⁊ p̃dicamenta rectefidei irridẽt. De quib⁹ sciendũ est: qꝫ illos p̃cipue in sancta ecclesia p̃sequunt: quos multis ꝓficiũt esse ꝓfuturos: qui vitam carnalium verbo correptiõis conterũt eosq; in ecclesie corpore spiritaliter vertũt. Uñ ⁊ subdit ℣ Percusserũt maxillam meaz: saciati sunt penis meis. Maxilla quippe ecclesie sancti p̃dicatores sũt: sicut sub iudee specie p hieremiam dicit: Plorans plorauit in nocte et lachryme ei⁹ in maxillis eius: qꝫ in adũsitate ecclesie illi ampli⁹ plangũt: qui vitam carnalium confringere predicãdo nouerũt. Per ipsos quippe sancta ecclesia iniquos a vicijs ꝓterit: vel cõpescit ⁊ q̃si glutiẽs i sua mẽbra ꝓtit. Uñ ipi q̃q; p̃mo p̃dicator̃ velut maxille

ecclesie dz: occide ⁊ mãduca. ℣ Cap. VIII

Judicũ. 15. A Dinc est etiam q̃ sampson maxillam asini tenuit ⁊ hostes pemit: q̃ redẽ/ pto: noster simplicitatẽ atq̃ patien tiam p̃dicantiũ sue manu virtutis tenens a vicijs suis carnales interficit. Et maxilla i terram p̃iecta postmodũ aquas fudit: quia data morti p̃dicato: corpa magna populis monstrauere miracula. ℣ Maxillam ergo ec/ clesie puersi feriũt: cũ bonos p̃dicatores inse quunt. Et q̃ tunc reprobi grãde se aliq̃d fe/ cisse estimant: cum vitam p̃dicato: necant: post pcussionẽ maxille apte subiũgit: sacia/ ti sunt penis meis. Illa quippe eos pena sa/ ciat: que mentẽ ecclesie p̃cipue castigat. Se/ quitur. ℣ Conclusit me de⁹ apud iniquũ et Ter. B manib⁹ impio: me tradidit. Electo: popu lus apud iniquũ ꝯcludit: cũ eius caro antiq̃ hostis psecutorib⁹ tpaliť datur. Qui nõ spi ritui sed manib⁹ impio: tradit: quia q̃ hũc mẽte capere nequeũt: eo ꝯtra carnẽ illi⁹ cru delius inardescũt: Sed sctũs ecclesie pplus cũ aduersa ppeti grauiť ceperit: ⁊ infirmos suos ꝯsperẽit ad ẽteriora dilabi pacis sue tẽ pora ad mentẽ reuocat: qñ fideles suos p̃di/ cationis sue opulentia pascebat. Vñ apte sb Tex. iungit. ℣ Ego ille quondã opulent⁹: repen te ꝯtritus sum. In eo q̃ se repente ꝯtritum asseruit infirmo: mentẽ inp̃ouidã designa/ uit. Qui dũ mala que ventura sũt p̃uidere nesciũt: tãto eis grauiora fiũt q̃nto ab eis in/ opinata tolerant. Firmis aũt mentib⁹ repẽ te aduersa nõ veniũt: quia p̃iusq̃ veniãt p̃/ uident. Qõ tam nũc quoq̃ sancta ecclesia i q̃busdam retro latentib⁹ patiť: q̃ post doctri ne opulentia subitis aliq̃n vicijs ꝯteruntur: vt sic in q̃busdam malis coruat: ac si verbi Ter. pabulũ nunq̃ habuissent. Sequiť. ℣ Te/ C nuit ceruicem meaz ꝯfregit me: ⁊ posuit sibi quasi in signũ. Sicut in malis ceruix superbia sic in bonis libertatis erectionẽ signat. Un/ de nõnunq̃ ipsa q̃ superbia p erectionis au/ ctoritate poniť: sicut p̃ pphetaz dñs sancte Esa. 60. ecclesie pollicens dicit: ℣ Donam te in superbi/ am seculo:. Et quia psecutiõis tempe infir mi q̃dam vera que sentiũt p̃dicare libere nõ p̃sumũt: recte ꝺ hoc hoste dicit: Tenuit cer uicem meam ꝯfregit me. ℣ Cap. IX

A Horta sse autẽ hi ceruicis appellatio/ ne signati sũt: q̃ pacis eius tempore plusq̃ decet erigunť: ⁊ sub occasiõe defendẽde rectitudis vicio deseruiũt elatio/ nis. Qui psecutionis tempe idcirco aduersa plus sentiũt: quia de p̃speris extollunť. De quibus bene dicit: tenuit ceruicez meam cõ/ fregit me: id est. elationẽ quã in infirmis ha/ bui districtiõe sue pcussionis inclinauit. Et posuit sibi quasi in signum. Constat nimirũ quia idcirco signũ ponit: vt sagittarũ emis/ sione feriat. Fidelis itaq̃ pp̃s in signũ ho/ sti suo est positus: q̃ eum semp suis ictibus impetit: eũq̃ suis psecutionib⁹ affligit. Qui eni in hac vita assidua mala tolerat: velut in signo positus ictus suscipit ferientis. Unde et p̃dicato: egregius cũ psecutionũ mala to/ leraret atq̃ sub psecutione aduersario: ge/ meret tenerã discipulo: mentẽ de suis affli/ ctionibus ꝯsolationis ait: Ipsi eni scitis qõ 1. Thes. 3. B in hoc positi sumus. Ac si eis aperte dicat: Quid in hoc tempore vulnera nostra mira/ mini. Qui si eterna gaudia querim⁹ hic: ad Tex. hoc venim⁹ vt feriamur. Sequiť. ℣ Circũ/ dedit me lanceis suis ꝯuulnerauit lumbos meos non pepercit: ⁊ effudit in terra visce/ ra mea. Hec iuxta litteram beato iob ꝯgrue/ re posse videbanť: per hoc q̃ dicit: circũde dit me lanceis suis ꝯuulnerauit lumbos me os non pepercit: nisi subdereť q̃ de eo mini me scriptũ legitur: effudit i terra viscera mea ex qua re necesse est vt dum hoc iuxta litte/ ram inuenire non possim⁹: ea que in verbis eius ℣m historiam sonant: iuxta spiritũ req̃/ ram⁹. Sancta ecclesia lanceis ab hoste suo circũdatur: quando in membris suis ab im/ pugnatore callido temptationũ iaculis impe titur. Bene autez circũdari lanceis dicimur quia antiquus hostis temptationis sue vul nere: ab omni parte nos impetit. Sepe eniz dum gula restringitur vt libido subigatur: inanis glorie aculeus mentẽ pulsat. Si aũt corpus abstinẽtie afflictione non atteriť: cõ tra mentem libidis flamma se excitat. Sepe dum seruare parsimoniã nitimur: ad rc hacti am labimur. Et sepe dum possessa effuse tri buimus ad auariciam ducimur: quia ⁊ rur sum colligere querimus q̃ tribuam⁹. Bus ergo antiqui hostis iacula vbiq̃ nos impe tunt: recte nunc dicitur: Circũdedit me lan ceis suis. Et quia omne peccatuz hostis qui dem callidus suadet: sed nos eius suasioni bus consentiendo perpetram⁹ apte subiun Tex. gitur. ℣ Cõuulnerauit lũbos meos. Iri lũ/ D bis quippe luxuria est. Unde ⁊ is qui cupie bat voluptatem libidinis a corde extingue 1. Pe. 1. re p̃decauit dicens: Succincti lumbos mẽ tis vestre. Cum ergo antiquus hostis fide/ lem populum ad luxuriã pertrahit: hunc p cuidubio in lumbis ferit. Ubi notandũ q̃ ẽ q̃ non ait vulnerauit ℣ ꝯuulnerauit lũbos meos. Sicut eni loq̃ aliq̃n vni⁹ ẽ: colloq̃ xo

duorum vel fortasse multorũ sic antiqꝰ ho/
stis quia nos ad culpã sine nostra volũtate
nõ rapit nequaq̃ lũbos nostros vulnerare
sed cõuulnerare dicit: qꝛ hoc quod nobis il/
le male suggerit: nos sequentes ex voluntа/
te ꝓpria implemus: ⁊ quasi cũ ipso nos pari
ter vulneramꝰ: quia ad ꝓpetrãdũ malũ ex li
bero simul arbitrio ducimur. Nõ pepcit ac
si dicat non destitit.

Ter. A

℣ X

Et effudit i terra viscera mea. Quid
aliud sancte ecclesie viscera debemꝰ
accipere: nisi eoꝝ mentes qui eius q̃
dã viscera in se cõtinẽt qui ad intima sacrã
ta deseruiunt? Sed antiquꝰ aduersarius cuꝫ
fideles quosdã q̃ i interioꝛibꝰ sacramẽtis de
seruire videbant: ad secularia negocia ptra
hit: eius ꝓculdubio viscera in terrã fudit: qꝛ
illos in rebꝰ infimis cõculcat qui ꝓius i oc/
cultis atq̃ spiritalibꝰ actibꝰ latebãt. Sequit.

Ter.

℣ Cõcidit me vulnere sup vulnꝰ. In infir/
mis suis sancta ecclesia vulnere sup vulnus
ꝓcidit: quãdo peccatũ peccato addit: vt cul
pa vehementius exaggeret. Quẽ eñ auari
tia ptrahit ad rapinã: rapina ducit ad falla/
ciam: vt ꝓpetrata culpa ex falsitate etiam de
fendat: quid iste nisi sup vulnus cõcisus est
vulnere? Unde bene quoq̃ per ꝓphetã di
citur: Maledictũ ⁊ mendacium ⁊ homicidi
um: ⁊ furtum: ⁊ adulterium: inũdauerunt: ⁊
sanguis sanguinẽ tetigit? Solet ei sanguinis
nomine signari peccatũ. Unde is qui a pec/
catis liberari desiderat: ꝓ penitentiã clamat
Libera me de sanguinibus. Sanguis ergo
sanguinẽ tãgit: cũ culpa culpã cumulauerit
Et quia cũ vulnꝰ vulneri addit: vires ꝓtra
nos antiqui hostis vehementiꝰ excrescũt: re
cte subiungit. ℣ Irruit in me q̃si gigas. Fa
cile quippe inimico resistit: si nõ ei vel i mul
tis lapsibus vel in vno diutius consentiat.
Sin vero eiꝰ suasionibus anima subesse cõ/
sueuerit: quãto ei crebꝛius subicit: tanto eũ
sibi intollerabiliorem facit: vt ei reluctari nõ
valeat: qꝛ nimirũ malignus aduersarius cõ
tra hãc ex ꝓtaua ꝓsuetudine deuictã q̃si mo/
re gigantis pugnat. Sꝛ tñ plerũq̃ sancta ec
clesia etiã post ꝓpetratas culpas mẽtes fide
lium ad penitẽtiã reuocat: ⁊ peccata operis
virtute spontanee afflictionis mundat. Un
de bene subdit. ℣ Saccũ consui sup cutem
meã: ⁊ operui cinere carnẽ meã. Quid in sac
co ⁊ in cinere nisi penitentia: quid in cute et
in carne nisi peccatũ carnis debet intelligi?
Cum ergo quidã post lapsum carnis ad pe/
nitentiã redeunt: quasi saccus sup cutem cõ
suitur. Et cinereꝫ caro operit: qꝛ culpa carnis
ꝓ penitentiã tegit: ne in districti iudicis ex/
amine ad vltionẽ videat. Infirma aũt mem
bꝛa sua sancta ecclesia cũ a peccatis retrahit
atq̃ penitẽtie remediũ ducit: hoc ꝓculdubio
fletibus adiuuat: vt ad recipiendã auctoꝛis
sui gratiam conualescant: ⁊ ꝓ fortes plangit
qđ nõ fecit: qđ in mẽbꝛis suis debilibꝰ: qua/
si ipsa fecit. Unde bene adhuc addit. ℣ XI

L

Tex.

Facies mea intumuit fletu. Facies
quippe sancte ecclesie sunt hij qui in
locis regiminũ positi apparent ꝓmi
ꝛent eoꝝ specie sit honoꝛ fidelis populi: eti
am si quid in coꝛpoꝛe latet deforme. Qui ni/
mirũ plati plebibus plãgũt culpas infirmã/
tiũ: secq̃ de alienis lapsibꝰ ac si de ꝓꝛijs affli
gunt. Et sepe dũ quosdã vident ad veniam
post culpas redire: quosdã in iniquitate psi/
stere: occulta omnipotẽtis dei iudicia mira
tur: sed penetrare nequeũt. Obstupescũt el
que nõ intelligũt. Unñ et apte subdit. ℣ Et
palpebꝛe mee caligauerũt. Palpebꝛe eñi re
cte appellati sunt: qui ad ꝓuidenda pedũ iti/
nera vigilant. Sed qꝛ occulta dei iudicia ne
ꝓpositi vigilantes intelligunt palpebꝛe fãcte
ecclesie caligant. Sed vt sepe iam me dixisse
memini: beatus Iob sancte ecclesie typum te
nens: modo voce coꝛpoꝛis: modo aũt voce
capitis vtitur: ⁊ dũ de mẽbꝛis eiꝰ loquit: re/
pente ad verba capitis leuat. Unñ hic quo/
q̃ subiũgit. ℣ Nec passus sũ absq̃ iniq̃tate
manꝰ mee cũ haberẽ mũdas ad deum ꝓces.
Absq̃ iniquitate ei manꝰ sue ptulit: qui pec/
catũ nõ fecit: nec inuẽtus est dolus in oꝛe eiꝰ
⁊ tñ doloꝛẽ crucis ꝓ nostra redemptione to
lerauit. Qui solꝰ ꝓ oĩbus mundas ad deũ ꝓ
ces habuit: qꝛ ⁊ in ipso doloꝛe passionis ꝓ p
secutoꝛibus oꝛauit dicens: Pater dimitte il
lis: nõ eñ sciunt quid faciunt. Quid eñ dici
q̃d cogitari in ꝓece mũdius potest: quã cuꝫ
⁊ illis misericoꝛdia intercessiõis tribuit a q̃/
bus tolerat doloꝛ? Unde factũ est: vt redẽ/
ptoꝛis nostri sanguinẽ quẽ ꝓsecutoꝛes seuiẽ/
tes fuderant postmodũ credentes biberẽt:
eũq̃ esse dei filium ꝓdicarent. De quo vicꝫ
sanguie apte subiũgit: ℣ Terra ne operias
sanguinem meum: nec inueniat in te locũ la/
tendi clamoꝛ meus. Peccanti homini dictũ
est: Terra es ⁊ in terrã ibis. Que scilicet ter/
ra redemptoꝛis nostri sanguinem nõ abscon
dit: quia vnusquisq̃ peccatoꝛ redemptionis
sue ꝓcium sumens cõfitet ac laudat: ⁊ qui
bus valet ꝓmis innotescit. Terra etiã san
guinem eius nõ operuit qꝛ sancta eccl'ia re/
demptionis eius misterium in cunctis iam
mundi partibus ꝓdicauit: ℣ XII

Ter. A

Tex.

Tex. B

Ozee. 4. B

Ps. 50.

Tex.

L

Tex.

Tex. A

Tex.

Tex. B

Luc. 23.

L

Tex.

Gen. 3.

A Notandum quod subdit: neq; inue/
niat in te latendi locum clamor me⁹.
Ipse eñ sanguis redemptionis qui
sumit clamor nostri redemptoris est. Unde
Hebre.12. etiam paulus dicit: Et sanguinis aspsionem
melius loquentē q̄ Abel. De sanguie Abel
Gen.4. dictum fuerat: Vox sanguis fratris tui cla/
mat ad me de terra: sed sanguis iesu meli⁹ lo
quit q̄ Abel: quia sanguis abel mortē fratri
cide fratris petijt: sanguis aūt dñi vitam pse
cutoribus impetrauit. Ut ergo in nobis sa/
cramentū dominice passionis nō sit ociosum
debem⁹ imitari qđ sumimus: ⁊ p̄dicare cete/
ris qđ veneramur. Locus ei latendi clamor
eius in nobis inuenit: si hoc qđ mens credi/
dit lingua tacet: sed ne in nobis clamor ei⁹ la
teat: restat vt vnusquisq; iuxta modulum su
um viuificationis sue misteriū primis in
notescat. Libet mentis oculos ad dominice
B passionis horā reducere: cū iudei psequētes
seuirēt discipuli timentes fugerēt. Qui enim
in carne mori videbat: nequaquā deus esse
credebat. Unde hic ad hec apte subdit. Ec
ce enim in celo testis meus: ⁊ cōscius meus i
excelsis. Cum eñ fides vel filius labefacta/
ret in terra: erat ei testis i celo. Testis quip/
pe filij pater est: ō quo ipse in euangelio di/
Jo.5. cit. Et qui misit me pater: ipse testimonium
phibebit de me. Qui recte ⁊ iam cōscius di/
cit: quia vna volūtate: vno cōsilio pater cū
filio semp operat. Cuius etiā testis est q⁹ ne
mo nouit filiū nisi pater: tunc ergo in celo te/
stem ⁊ conscium in excelsis habuit: quando
hij q̄ eū morientē i carne cernebāt diuinitatis
eius potētiā cōsiderare nesciebāt: ⁊ eum ig/
norarent homines in morte: tñ mediator dei
⁊ hominū nouerat: quid cum ipso operaret
pater. Quod fortasse etiam ad vocem eius:
corporis referri valet. ℣ XIII

B Sancta nanq; ecclesia idcirco aduer/
sa vite p̄sentis tolerat: vt hanc sup/
na gratia ad premia eterna pducat.
Carnis sue mortē despicit: q⁹ resurrectionis
gloriā intendit. Et trāsitoria sunt que patit:
ppetua que p̄stolat. De quibus nimirū
bonis ppetuis dubietatē nō habet: q⁹ fidele
iam testimoniū redemptoris sui gloriā tenet
Carnis quippe eius resurrectionē mēte con
spicit: atq; ad spem fortiter cōualescit: quia
quod in suo videt iam factum capite: sperat
in eius quoq; corpore: quod videlicet ipsa ē
absq; dubietate secuturum. Quā scilicet ec/
clesiam psalmista conspiciens imppetua pfec
tione mansuram: sub appellatione lune de
ps.98. scribit dicēs: Luna perfecta ineternū. Quā
quia ad resurrectionis spem dominica resur
rectio roborat: recte subiunxit: ⁊ testis in ce/
lo fidelis: quia vt de sua resurrectione nō tre
pidet ia eum in celo qui resurrexit a mortuis B
testem habet. Fidelis ita q; populus cuz ad
uersa patit: cum duris tribulationibus fati/
gatur: ad spem sequētis glorie mentē erigat
⁊ de redemptoris sui resurrectione confidēs
dicat. Ecce enim in celo testis meus: ⁊ cōsci/
us meus in excelsis. Qui recte conscius di/
citur: qui naturā nostram: nō solum creādo
nouit: sed etiā assumendo. Scire enim eius ē
nostra suscepisse. Unde etiam per psalmistā ps.101.
dicit: Ipse eñ scit figmentum nostrū. Quid
enim mirū vt figmentū nostrum dicat speci
aliter scire: dum constet nihil esse quod nesci
at sed figmētum nostrū scire est: eius hoc in C
seipso ex pietate suscepisse. Que tamen vox
vt beato Job cōgruere nobis etiaz singulis
potest. Omnis eniz qui ex eo quod agit hu/
manas laudes appetit: testem in terra querit
Qui autem de actibus suis omnipotēti deo
placere festinat: testem se in celo habere con
siderat. Et sepe contingit: vt ipsa quoq; i no
bis bona opera ab incautis hominibus rep
hendantur. Sed qui testem in celo habet: re
phensiones hominū metuere nō debet. Un
de adhuc subditur. ℣ Verbosi amici mei: ad
deū stillat oculus meus. ℣ XIIII

A Quid enim per oculum nisi cordis in Mar.6.
tentio designat: sicut scriptū est: Si
fuerit oculus tuus simplex: totū cor
pus tuum lucidum erit. Quia cum bona in/
tentione quid agitur: eius intentionis actio
apud deum minime fuscat. Cū ergo verbo/
si amici sunt: id est cum ⁊ ipsi derogant: qui i
fide sociantur ad deum necesse est vt oculus
stillet: quatinus nostra intentio tota in amo/
ris intimi compūctione defluat: ⁊ tanto sub/
tilius se ad interiora erigat: quāto p exterio
ra obprobria repulsa itus redire cogitur: ne Lex.
foras euanescat. Sequitur. ℣ Atq; vtinam
dum iudicaretur vir cum deo: quomodo iu
dicat filius hominis cum collega suo. Nec/
catores quidem nos esse semp agnoscimus
sed tamen sepe in flagello positi: p⁹ quo ma
gis peccato flagellamur ignoramus: ⁊ nos
ipsos subtili inquisitiōe discutim⁹: vt si quo/
modo possumus causam psecutionis nostre B
inuestigare valeamus. Que dum plerunq;
nos latet: fit nobis oneri cecitas nostra: ⁊ de
eo quod patimur plus dolemus. Quisquis
vero cum collega suo ad iudicium accedit: ⁊
quod sentit dicit: ⁊ quicquid cōtra dicit ag/
noscit: quo voluerat pulsat ⁊ nouit vñ pul/

satur. Qui enim diuina animaduersione p/
cutitur: dum nouit quidem quia vapulat:
sed cur vapulet ignorat quasi dicit ipse quid
sentit: sed quid ꝓtra se dicitur nescit: quia ip
se quidem ingemiscit in verbere: sed deus
aperte non declarat pro qua eum feriat vlti
one. Itaq; nũc dicit: atq; vtinã sic iudicare
tur vir cum deo quomodo iudicat filius ho
minis cum collega suo: ac si aperte diceret.
Sicut in omne quod dico audior: sicut om/
ne quod de me dicit audirem. Quod tamẽ
in hac vita fieri nullatenus potest: quia ma/
gna est interpositio oculis cordis nostri ad
contemplandã subtilitatẽ dei: ipsa videlicet
infirmitas nostra: ⁊ tunc ad purum intuebi/
mur eum a quo nunc subtiliter intuemur: cũ
hac infirmitate deposita: ad contemplatio/
nis interne gratiã veneri. De qua Pau/
rit: pfecto cognoscet: qz hec sũt tabernacula
iniqui: ⁊ iste loc⁹ eius q̃ ignorat deuz. Recte
vero hec baldad dixerat: ſz cui diceret igno/
rabat. Uehemẽter aũt iustũ corr affligit: qñ
cõtra illud sñie ex iniusta estimatione pferũ/
tur. Uñ beat⁹ iob ptin⁹ rñdit dicens. XIII

QUequo af/ Job. La. XIX. A
fligitis animã meã: ⁊ atteritis me
sermonibus? Sãcti viri eloquia
vt sepe iã dixim⁹ aliq̃n ex pſona
ppria: aliq̃n vero ex voce capitis: aliq̃n aũt
ex typo sunt vniuersalis ecclesie sentienda.
Valde vero affligit anima iustorũ: qñ illi ꝝ
bonos districtas sentẽtias intorquẽt: q̃ bñ
viuere ignorãt: ⁊ ex voce sibi iusticiã vendi
cãt: quã moribus impugnãt. Uñ amicis bea/
ti iob: vt sepe iam dixim⁹ heretico⁹ typũ te/
nentib⁹: recte ab eodẽ rñdet. Usq; quo affli
gitis animã meã: ⁊ atteritis me sermonibus
Atterunt em̃ boni ꝟmonib⁹ iniquorũ: qñ cõ
tra eos illi in verbis tumẽt: q̃ aut in puersa fi
de aut i prauis moribus iacẽt. Sequit. V En
decies cõfunditis me. Numeratis vicib⁹ lo/ Ter.
cutionũ amicorũ iob: adhuc nisi q̃nq; locu
t⁹ eos eẽ cognoscim⁹: sed ppter h qđ ab eis
quinquies increpationes audierat: quor̃ i/
crepationib⁹ quinquies ipse rñdit: decies se
phibet esse cõfusum: qz ⁊ in eo grauiter la/
borauit qđ frustra increpat⁹ est: ⁊ in eo cõfu
sionẽ ptulit: qđ ꝟba doctrine nõ audientib⁹
dixit. Itaq; cũ audiẽs taceret: ⁊ cũ loquens
nõ audiret: ipse laborẽ ptulit: q̃ ⁊ tacẽdo pa B
tienter: ⁊ eis loquendo inutiliter: cordis do/
lorẽ sentit. Unde ⁊ superi⁹ dicit. Quid agaz
Si locut⁹ fuero nõ quiescit dolor meus: et si

tacuero nō recedit a mē. Sin vero ad typuz ſancte eccleſie hec verba referim⁹: liquet qō magnū ei⁹ eſt gaudiū ſeruare decalogi p̄ce/pta. Sed hāc puerſi decies cōfundūt: q⁹ per oē qō peccant p̄auis ſuis moꝛib⁹ decalogi p̄ cepta delinquūt: ⁊ totiens bonis cōfuſionez faciūt: quotiēs in ſuis actib⁹ diuinis vocib⁹
Tex. obſiſtunt. Sequit. ℣ Et nō erubeſcitis op p̄imentes me. Sunt nōnulli quos ad ppe/
C trandā nequitiā oboꝛta ſubito malitia ſinui/tat: ſed tñ hūana verecūdia reuocat. Et ple/rumq; p hoc qō exterius erubeſcūt: ad inte/ꝛioꝛa ſua redeūt: ⁊ cōtra internū ſe iudicium ſumūt: q⁹ ſi ꝓpter hoiem mala facere metu/unt: quātomagis ꝓpter deū q̄ cūcta inſpicit nec appetere mala debuerūt? In q̄bus fit. vt mala maioꝛa coꝛrigāt: p bona minima .ſ. p exterioꝛē verecūdiā: interioꝛē culpam. Et ſunt quidā q̄ poſtq̄ deū in mēte cōtēpſerint multomagis hūana iudicia ſpernūt: atq; oē malū qō appetūt: audacter pagere non eru/beſcūt: Quos ad ppetrādū malū occulta in/iquitas inuitat: ⁊ nulla apta verecundia re/tardat: ſicut ⁊ de quodā iniquo iudice dicit
Luc.18. Deum nō timebat: ⁊ hoiem non reuerebat.
Hinc eſt etiā qō de q̄buſdā impudenti fron/
Eſa.3. te peccantibus dictū ē. Et peccatū ſuū qua/
D ſi ſodoma p̄dicauerunt. Plerūq; ergo tales ſunt aduerſarij ſancte eccleſie q̄ a ppetrādis malis: nec timoꝛe dñi: nec hoim pudoꝛe re/frenant. Quib⁹ bene p beatū iob dicit? Et nō erubeſcitis opp̄imētes mē: q⁹ ⁊ ſi p̄auū fuit male voluiſſe: peius ē male appetita nō
Tex. erubeſcere. Sequit. ℣ Nempe ⁊ ſi ignoꝛa/ui: mecū erit ignoꝛātia mea. Habent hoc he/retici ꝓpriū: vt de inani ſcientie ſue arrogan/tia inflent: ⁊ recte credentiū ſimplicitatē ſe/pe deride ãt: ⁊ nullius eſſe meriti vitā humi/lium ducant. ℣ XIIII
A Et cōtra ſancta eccl'ia in oē qō vera citer ſapit: ſenſum ſuū humiliter de/p̄imit ne ſcientia inflet: ne i requiſi/tione occultoꝛ tumeat: ⁊ pſcrutari aliqua q̄ vltra vires ſunt illi⁹ p̄ſumat. Utilius eteniz ſtudet neſcire: que pſcrutari nō valet: q̄ au/dacter diffinire: que neſcit. Scriptū quppe
Proue.25. eſt: Sicut qui mel multū comedit: non eſt ei bonū: ſic qui ſcrutatoꝛ eſt maieſtatis: oppri/mitur a gloria. Dulcedo eteni mellis ſi pluſ/q̄ neceſſe eſt ſumit: vnde delectatur os: in de vita comedentis necat. Dulciſ quoq; eſt requiſitio maieſtatis: ſed q̄ plus hanc ſcruta/ri appetit: q̄ humanitatis cognitio p̄mittit: ipſa hūc ei⁹ gloria opp̄imit: q⁹ velut īmode/rate mel ſumptū pſcrutātis ſenſuz dū nō ca/pitur rumpit. Nobiſcū vero eſſe dicit: qō p nobis eſt. Et rurſum nō nobiſcū eſſe dicitur quod contra nos eſt. Quia ergo ſcientia ſua heretici coꝛ inflat fidelis aūt cognitio ignoꝛā/tie ſue humiliat: dicat beatus iob voce ſua: di/cat etiā cōfeſſione vniuerſalis eccleſie. Nem/pe ⁊ ſi ignoꝛaui: mecum erit ignoꝛātia mea. Ac ſi apte hereticis dicatur. Omnis veſtra ſcientia, vobiſcum nō eſt: q⁹ ꝓtra vos eſt: dū ſtulta elatione vos erigit. Mea vero igno/rantia mecū eſt: quia p me eſt: qñ dū pſcru/tari de deo aliquid ſupbe nō audeo i verita/te me humiliter ſeruo. Et q⁹ hec ipſa hereti/ci que ſcire querūt ad vſum ſoli⁹ elationis ar/ripiunt: vt contra fideles ⁊ humiles doctivi/deant: recte ſubiūgit. At vos contra me eri/gimini. Sed hec fortaſſe melius verba ppē/dimus: ſi ipſis ſpecialiter amicis beati iob quēadmodū cōgruant demonſtremus. Ip ſi eteñ p̄cuſſum iuſtū vidētes ad ſua intima redire debuerūt: nequaq̄ beatū iob verbis increpationis p̄mere: ſed deflere: q⁹ ſi ſic p/cuſſus fuerat qui ita ſeruiebat: qua vltione feriri merebant? qui nō ita ſeruierant? Qui/bus bene dicit: at vos contra me erigimini: ac ſi eis aptius dicat: qui erigi cōtra voſmet ipſos ex mea p̄cuſſione debuiſtis. ℣ XV
A Ordo quippe erectiōis in bono iſte eſt: vt p̄imū contra noſ: poſtmodū cōtra malos erigamur. Nam q̄ ꝓtra bonos erigit: p ſupbiā inflat. Contra noſ/metipſos eñ erigimur: qñ mala pp̄ria reco/gnoſcentes: diſtricta noſmetipſos penitentie vltione ferimus: qñ nequaq̄ nobis in pec/catis parcimus: ⁊ nullis erga nos cogitatio/num blādimētis inclinamur. Qui ſi diſtricte p̄i⁹ noſtra in nobis mala inſequimur iuſtuz quoq; eſt: vt etiā contra aliena mala vtiliter erigamur. Ut ea que in nobis puniuim⁹: eti/am in alijs redarguendo ſuperem⁹: ſed hāc erectionē mali neſciunt: q⁹ ſe relinquūt ⁊ bo/nos impetūt: Sibi ſe intra ꝓſcientiā ſuā mol/litie blande adulationis inclinat: ⁊ cōtra bo/noꝛ vitā diſtrictione aſperitatis eriguntur. Unde amicis beati iob in ei⁹ flagello tumēti/bus recte nunc dicit. At vos ꝓtra me erigi/mini: id eſt voſmetipſos redarguendos reli/quitis: ⁊ me diſtrictis ſentētijs increpatis. B
Qui enim ſemetipſum p̄ius nō iudicat: q̄d in alio rectuz iudicet ignoꝛat. Et ſi nouit foꝛ/taſſe p auditum q̄ recte iudicare debeat: re/cte tñ iudicare aliena merita nō valet: cui cō/ſcientia innocentie pp̄rie nullā iudicij regu/lā p̄bet. Hinc ē ei q̄ inſidiantib⁹ q̄buſdā et
Jo.8. puniēdā adulterā deducētib⁹ dicit: Qui ſi/

ne peccato est vestrũ: prim⁹ in illã lapidem mittat. Ad alienã quippe punienda peccata ibant et sua reliquerãt. Reuocẽt itaq; int⁹ ad cõscientiã: vt prius ꝓpria corrigãt: et tũc aliena reprehendant. Hinc est q; cũ trib⁹ beni amin in carnis scelere fuisset obruta collect⁹ ois isrl vlcisci iniquitatẽ voluit: sed tñ semel et iterũ in belli certamine ipse pstrat⁹ est. Cõsulto aũt dño si ad vlciscendũ ire debuissent fussum est. Qui iuxta diuine vocis imperiuz pterit: et semel et secũdo pdidit: et tũc demuz peccatricẽ tribũ valde feriẽs pene fundit⁹ extinxit. Quid ẽ qõd in vltione sceleris inflãmatur: et tamẽ prius ipse pternit: nisi qõd prius ipsi purgandi sunt: p quos alior culpe ferũt: vt ipsi iam mũdi p vltionẽ veniãt: q̃ aliorũ vicia corrigere festinãt. Unde necesse ẽ: vt cũ cõtra nos vltio diuini examinis cessat: nostra seipsam cõscientiã reprehẽdat: atq; ad lamenta penitẽtie ipa se cõtra semetipã erigat: nec ꝓtra bonos elata et sibi humilis: sed cõtra se rigida sit: bonis vero oibus submissa. Supbis ergo corripientib⁹ recte nũc dicitur.

V XVI

ET vos cõtra me erigimini. et arguitis me obprobriis meis. Oẽs elati graue esse obprobriũ deputãt mala tẽpora: et tãto vnũquẽq; esse a deo despectũ credunt: quãto hũc afflictũ ex pcussionis flagello cõspiciũt. Nil eteni in moriẽb⁹: nil in actib⁹ querunt: sed si quoslibet in hac vita pcussos viderint: esse iam diuino iudicio dãnatos arbitrant. Unde bene nũc beati iob voce dr. Et arguitis me obprobriis meis: qr hij qui eum iustũ ante flagella nouerant: iniustũ eẽ ex ipsa iã sua pcussione iudicabãt. Unde et sepe heretici qr affligi quosdã intra sanctã ecclesiã videt. (Scriptum quippe de deo est. Flagellat omnẽ filiũ quẽ recipit:) tribulationes fideliũ nõ nisi ex peccato esse suspicant. Quos ideo iustos credũt: qr i prauitatis sue sensu dimissi: sine flagello duruũert. Sequitur: V Saltẽ nunc intelligite: qr deꝰ nõ equo iudicio afflixerit me. O q̃ durum sonat vox iusti verberib⁹ afflicti: quã tñ nõ elatie: ꝺolor expressit. Sed iustus nõ est: q̃ iustitiã in dolore deserit. Beatus aũt iob: qr mite corrabuit: nec in dura voce peccauit. naz si hunc peccasse in hac voce dicim⁹: impiesse diabolum astruimus qõd ꝓposuit dicẽs: Tãge os eius et carnem: si nõ in faciẽ benedixerit tibi Grauis itaq; questio orit: Si eteñ non peccauit in eo qõd dicit: Saltẽ nũc intelligite: qr deus nõ equo iudicio afflixerit me: deuz: qõd dici nephas est: iniuste egisse aliquid cõsentimus. Si vero peccauit diabol⁹ de illo qõd ꝑmisit exhibuit. Astruendũ ẽ igit qr et deꝰ recte circa beatũ iob egerit: et tñ beat⁹ iob ex eo qõd dicit se nõ iusto dei iudicio afflictũ mẽtitus nõ sit: et antiquus hostis in eo qõd ꝺ beati viri ꝑmiserat culpa mẽtit⁹ sit. Nõnũq; nãq; ideo prava credũt verba bonor: qr interiora sua intelligentia minime pẽsantur. Beat⁹ eñ iob vitã suã attenderat: et ea q̃ patiebat flagella pensabat: et videbat equũ nõ esse: vt ad talẽ vitam talia flagella reciperet. Et cũ dicit: nõ se equo iudicio afflictũ: hoc libera voce locut⁹ ẽ: qõd in secreto suo dñs de illo aduersario ei⁹ dixerat. Commouisti me aduersus eũ: vt affligerẽ eũ frustra. Ꝺ eñ dicit deꝰ: qr frustra beatũ iob afflixerit: hoc rursum beat⁹ iob asserit: qr nõ equo iudicio a dño sit afflict⁹. In quo itaq; peccauit: q̃ a sñia auctoris sui i nullo discrepauit. V XVII

SEd fortasse aliq̃s dicat. Id nos ꝺ nobis bonũ dicere: qõd de nobis in occulto iudex dixerit: sine pcto esse nõ posse. Nã quẽ iust⁹ iudex laudat: esse hũciure laudabilem nõ dubitat. At vero si seipse laudauerit: iam ei⁹ iustitia laude digna esse nõ credit. Qõ videlicet recte dicit: si qõ iudex iustus p equã sentẽtiã: hoc ꝺ se is ꝺ quo agit: ꝑsumat post dicere p elatã mentẽ. Nã si ipse quoq; in humili cogitatione pmanẽs exigẽte causa vel dolore bona de se veracia dixerit: int̃n a iustitia nõ recessit: inquantuz a veritate nullo modo discrepauit. Uñ paulus quoq; apostolus multa de se fortia ꝓ discipulor suor edificatione narrauit: sed hec narrando minime deliquit: quia a veritatis tramite. et a testatione certa et corde humili nõ recessit: Justã itaq; beatus iob vitã suaz sentiens dicat nõ se esse iusto iudicio afflictũ nec peccat in hac voce: in qua non discrepat ab auctore: qr is quẽ deus frustra pcussit: ipse quoq; semetipsum asserit nõ iusto iudicio afflictum. Sed rursus alia questio orit quã iam in hui⁹ operis memini exordio solutam cũ omnipotẽs deꝰ frustra nil faciat cur beatũ iob frustra se afflixisse testet. Justus enim cõditor noster tot vel berib⁹ in beatũ iob nõ vicia illi⁹ curauit extinguere: sed merita augere. Equũ ergo fuit quod fecit p augmẽtũ boni meriti: nõ tñ videbat equũ qõd causas puniret peccati. Beat⁹ aũt iob peccata sua illis flagellis deleri credidit: nõ merita augeri: et idcirco nõ equũ iudiciũ vocat: qr vitam suaz cũ flagellis examinat. Ergo si vita et flagella pensant: nõ equum fuit quod beatus iob: sicut dixit p irã districtiõis sibi fieri cre

didit:si vero misericordia iudicis attendit: qua per penam iusti viri vite eius merita cumulauit:equum vel potius misericors iudicium fuit. Igitur ⁊ vera iob dixit:dum vitā cum flagello pensauit:⁊ deus nō iniusto iudicio iob afflixit:quia merita ex flagello cumulauit:⁊ diabolus quod ꝑmiserat non impleuit:q; beatus iob inter verba que duruꝫ sonāt:⁊a vera sententia ⁊ mente humili nō recessit. Sed hec afflicti verba minus fortasse intelligim⁹:nisi sentētiā iudicis cognoscamus. Qui cū inter vtrasq; partes sententiaꝫ daret:dicit amicis iob. Nō estis locuti coꝝā me recte:sicut seruus meus iob. Quis ergo stulta mente beatū iob in locutione sua peccasse fateat:dū ipsa voce iudicis recte locut⁹ asseritur. Quam quidē vocem si ad ꝑsonam sancte ecclesie referamus:infirmis ei⁹ membris non incongrue optamus:que ꝑsecutionis eius tempore:dū ⁊ merita illius ⁊ flagella cōsiderant:q; iniustos florere conspiciunt ⁊ iustos interire:hoc iniustū esse nullatenus suspicantur. Bene autez beati viri voce subditur.

℣ XVIII

Tex. A

Et flagellis suis me cinxerit. Aliud quippe ē flagellis percuti:aliud cingi. Flagellis nāq; percutimur: cum cōsolationem:⁊ in doloribus ex rebus alijs habemus. Nam cum tanta nos afflictio deꝑmit:vt ex nullius rei consolatione respirare animus possit:nō iam flagellis solūmodo ferimur:sed etiā cingimur: quia tribulationum verbere ex omni parte circumdamur. Cinctus em̄ flagellis paulus fuerat cum dicebat:Foris pugne intus timores. Cinctus flagellis fuerat:cū dicebat:Periculis ex genere:periculis ex gentibus:periculis in ciuitate:periculis in solitudine ⁊c. que ita enumerat:vt nusq; se habuisse requiem ostēdat Sancta vero ecclesia cū tribulationū suarū flagellis cingitur:in ea infirmi quiq; in pusillanimitatis casu redigunt:ita vt se eo iā desperatos existiment:quo exaudiri tardi⁹ vident: recte adhuc etiā ex eorum typo sancti viri voce subiūgit. ℣ Ecce clamabo vim patiens:⁊ nemo audiet: vociferabor:⁊ nō est q̄ iudicet. Omnipotēs de⁹ quid nobis ꝑ futurum esse valeat sciēs dissimulat exaudire dolentiū vocem:vt augeat vtilitatem: vt purgetur vita ꝑ penā:⁊ trāquillitas que hic inueniri nō valet:alibi querat. Sed hanc dispēsationis gratiā nōnulli etiā fidelium ignorant. Ex quorū etiā ꝑsona nūc dicitur. Ecce clamabo vim patiēs:⁊ nemo exaudiet: vociferabor:⁊ nō est q̄ iudicet. Nō est em̄ q̄ iudicet dr:qñ iudicare dissimulat ipe q̄ est:q̄ causam nostrā cōtra aduersariū ꝑter eū qui iudicet nō est. Nec tñ hoc sine iudicio est: qđ iudicium differt:q; ⁊ cū hec beat⁹ iob diceret:⁊ sancti viri merita:⁊ aduersarij pena crescebant. Hoc ipm ergo iudiciū differre iudicis est. Sed aliud est qđ iuste intrinsecus disponit de⁹:aliud qđ foris flagellis attrit⁹ expetit animus. Unde adhuc de ipa verberū ex ꝑessiōe subiūgit. ℣ Semitā meā circūsepsit ⁊ trāsire nō possum:⁊ in calle meo tenebras posuit. Circūseptā verberibus semitā suā vidit cū trāsire ad securitatē cupiens euadere flagella nō potuit. Et q; se ꝑcuti aspexit:nec tñ ꝑcussionē dignā vitā i semetipso reperit: quasi in calle coꝝdis ignorātie sue tenebras inuenit:qui cur flagellaret penetrare nō potuit. Qđ ad infirma quoq; mēbra sancte ecclesie non incōgrue refert:qñ ꝑ hoc qđ graue se egisse meminerunt a bono quoq; opere retardant:⁊ ex infirmitate ꝓpria timidi bona cōtra hec fortia aggredi nō ꝑsumunt. Timent em̄ magna bona incipere:qui se in suis actibus infirmos esse meminerūt. Et cū plerūq; etiā bonū qđ eligant nesciūt:quasi i calle suo positas tenebras phoꝝescūt. Nam sepe ita de suo opere fit animus incert⁹: vt ignoret omnino quid vir tus:q̄d culpa sit. In calle ergo suo tenebras inuenit:qui in hijs q̄ agere appetit:quid eligere debeat nescit.

℣ XIX

Quia igitur sepe infirmitate nonnunq; vero ignorantia peccatur: ex infirmantibus mēbris dicit. Semitā meā circūsepsit:⁊ trāsire nō possum. Ex eis vero qui ad ipm opus bonum qđ eligāt caligant subdit:⁊ in calle meo tenebras posuit. Ex pena etem̄ culpe est videre bonū qđ agere debeat:⁊ tamē implere nō posse:⁊ rursum ex grauiori pena culpe ē:qđ agere debeat nec videre. Unde ⁊ cōtra hec vtraq; psalmiste voce dicit:Domin⁹ illuminatio mea:⁊ salus mea quē timebo:Cōtra ignorātie ei tenebras illuminatio:cōtra infirmitatē vero salus est dñs:quādo ⁊ ostēdit qđ debeat agendum appeti:⁊ vires ꝓbet:vt qđ ostenderit possit impleri. Sequit. ℣ Spoliauit me gloria mea:⁊ abstulit coꝝonā de capite meo. Qđ cuncta hec beati viri inflatione positi ꝑsone cōueniāt dubiū nō est. Sed q; historie verba patēt iuxta litterā expositiōe nō indigent:oportet g̃ vt per sensus debeat mistica inuestigari. Ait nāq;. Spoliauit me gloria mea. Glia quippe vniuscuiusq; iusticia est. Sicut vero vestimentum tegit a frigore: ita iusticia munit a morte. Unde nō immeri

B

Tex.

C

Tex.

C

A

ps. 26.

Tex.

B

Ps.131. to iusticia vestimẽto cõparatur cũ p pphe/
tã dicit: Sacerdotes tui induantur iusticia.
Quia vero afflictionis sue tẽpore hoc iusti/
cie vestimẽtũ quod eaz ptegit sancta eccle/
sia in membris suis infirmantib⁹ amittit: di
cit recte. Spoliauit me gloria mea: id ẽ iusti
cia ab infirmis ablata est: que ab eis auferri
nõ posset: si medullit⁹ inhesisset. Sed id cir/
C co tolli potuit: qz more vestimẽti exteri⁹ ad/
hesit. Qua in re querendũ est: quõ sancte ec
clesie mẽbra dici valeãt: qui potuerũt iusti
ciã pdere quã tenere videbant. Sed scien/
dum est p plerunq; a mẽbris eius infirman
tib⁹ iusticia ad tẽpus ãmittit: sed cũ p cogni
tionem culpe postmodum ad penitentiã re/
Ter. deunt: sese ad eandem iusticiã quã pdiderãt
fortius q; credebãt astringunt. Ubi adhuc
subditur. ℣ Et abstulit coronam de capite
meo Sicut caput corpori ꝑma pars est: ita
principale interioris homis mens est. Co/
rona vero victorie ꝑmiũ est: qõ desup poni
tur: vt qui certauerat remuneret. Quia er/
go multi aduersitatib⁹ pressi minime in certa
mine pdurant: in eis sancta ecclesia quasi co
ronã de capite amittit. Corona quippe in ca
pite est: supna remuneratio in mẽte. Et sunt
plerisq; qui dũ aduersitatib⁹ affligunt sup/
na ꝑmia cogitare negligũt: z ad pfectionem
victorie puenire non possunt. In hũs itaq;
corona de capite aufert: qz supnũ z spiritale
ꝑmium de mentis cogitatione tollit: vt exte
B riora iam trãquilla appetãt: z eterna ꝑmia q̃
co gitare cõsueuerãt: nõ requirãt. Uel certe
caput fideliũ nõ immerito sacerdotes accipi
mus: qui pars mẽbroz dñi ꝑma sunt. Uñ z
p pphetaz caput z cauda exterminari dici/
tur: vbi videlicet z capitis/noie sacerdos: et
caude appellatione pphete reprobi designã
tur. Corona ergo de capite auferẽ cũ supne
remunerationis ꝑmia etiã ipi deserunt: qui
hoc ecclesie corpore ẽsse videbant. Et ple/
rũq; ducibus cadẽtib⁹ lati⁹ succũbit exerci
tus: qui sequebat. Unde mox post damna
Ter. maioz: de multimoda labefactione ecclesie
A subsecutus adiunxit. ℣ XX

DEstruxit me vndiq; z pereo: et q̃si
auulse arbori: abstulit speciẽ meam
Quasi vndiq; em̃ ecclesia destruit: z
atq; in infirmis membris deperit: qñ ipsa q̃
videbant fortia corruũt: quãdo corona d̃ ca
pite abstrahit: id ẽ quãdo eterna ꝑmia etiã
Ter. a ꝑpositis negligunt. Bene aũt de infirmis
cadentib⁹ subdit. ℣ Et quasi auulse arbori
abstulit spẽm meã. Arbor quippe vento im
pellit vt cadat: z quẽ mine terrẽt: vt ad iniu
sticiã corruat: quid aliud: q̃ ai boz flatuz vẽ/
ti pertulit: z statum sue rectitudinis amisit.
Quasi em̃ ex vento spẽm pdidit qui prauo/
rum minis: ac psuasionibus deuictus eter/
na que sperabat ꝑmia reliquit. Et qz plerũ/
q; cõtingit: vt penas quis metuens: iust'ciã
deserat: fit iudicãte deo: vt etiã iusticiã dese/
rens penas quas timuit: nõ euadat. Et qui
mentis interitum minime timuit: etiã carnis
mala tolleret q̃ timebat. Unde adhuc subdi
tur: Irat⁹ est ira me furoz ei⁹: z sic me ha B
buit: quasi hostem suũ. Predicatore quip/ Ter.
pe egregio attestãte didicim⁹: qz fidelis ẽ de 1.Cor.10.
us: z nõ patiet nos temptari supra id quod
possumus ferre: sed faciet cũ tẽptatione ꝓuẽ
tum: vt possim⁹ sustinere. Per pphetã quo
q; dom⁹ dicit. Plaga inimici pcussi te: ca/ Jere.30.
stigatione crudeli. Qui ergo ita pcutit vt vi
res illi⁹ a pcussione supent: nõ hũc dñs iam
quasi filiũ p disciplinã: sed quasi hostẽ p irã
ferit. Cum ergo virtutem nostre pacietie fla
gella transeunt: valde metuendũ est: ne pec
catis nostris exigẽtib⁹: nõ quasi filij a patre:
sed quasi hostes a dño feriamur. Et quia fit
plerũq; vt etiã maligni spiritus afflictorum
cordibus multa suadeant: atq; inter flagella
que exterius feriunt cogitationes noxias in
mentibus fundant: post furorẽ dñi recte sub
iungit. ℣ Simul venerũt latrões eius: z fece Ter.
runt sibi viã p me. Latrones nanq; ei⁹ mali C
gni sunt spiritus: qui exquirẽdis hoim moz/
tibus occupant. Qui viã sibi in afflictorum
cordibus faciunt: quãdo inter aduersa: que
exterius tolerant: cogitationes quoq; pra/
uas immittere nõ desistunt. De quibus ad/
huc dicit. ℣ Et obsederũt i giro tabernaculũ Ter.
meũ. In giro em̃ tabernaculũ obsidẽt: quã/
do ex omni latere suis tẽptationib⁹ mentem
cingũt quã modo lugere de tẽporalib⁹: mo/
do desperare de eternis: modo in patientiaz
ruere: atq; in deũ blasphemie verba iacula/
ri: pessima suggestione psuadent. Que tamẽ
verba: vt iam pdiximus beato iob iuxta hi/
storiã cõgruũt: q̃ dũ mala que ptulit: añ ocu
los cõgessit nõ quasi corrigendũ filiũ: s quã
si hostem pcussum se esse iudicauit. Per quẽ
sibi etiã latrones ei⁹ viã fecerunt: qz maligni
cõtra eum spiritus licentiã pcussionis acce/
perunt. Cui⁹ in giro tabernaculũ obsederũt
quia sublatis rebus z filijs etiã corpus eius
omne vulneribus attriuerũt. ℣ XXI

AEd mirum valde est cũ latrones di/ A
ceret: cur addidit ei⁹: vt videlicet eos
dẽ latrones dei esse mõstraret. Qua
in re si volũtas acptãs malignoz spirituum

discernaſ: cur dei latrones dicanſ aperítur.
Valigní quippe ſpūs ad nocēdū nos incef
ſabiliter anhelāt: ſed cū prauā volūtatē ex ſe
B metipſis habeāt ptātē tñ nocēdi nō habent:
niſi eos volūtas ſūma pmittat: ⁊ cū ipſi qui
dē iniuſte nos ledere appetūt quēlibet: tñ le
dere nō niſi iuſte a domino pmittunſ. Quia
ergo in eis ⁊ voluntas iniuſta eſt: ⁊ poteſtaſ
iuſta: ⁊ latrones dicunſ ⁊ dei: vt ex ipſis ſit
qđ inferre mala iniuſte deſiderant: ⁊ ex deo
quod deſiderata iuſte cōſumāt. Sed q: vt ſe
peiam dixim⁹ ſanctus vir poſitus in dolore
penarū modo ſuis: modo eccleſie: modo re/
demptoris noſtri vocibus vtiſ: ⁊ plerūq; ſic
ſua narrat: vt tñ per typum ea que ſūt ſācte
eccleſie ac redēptoris noſtri pferat poſ/
ſita pauliſp cura hiſtorie in his que ſubiūgit
Tex. qualiter redemptoris noſtri vocibus cōgru
at demonſtremus. Sequiſ. ℣ Fratres me/
os longe fecit a me ⁊ noti mei quaſi alieni re/
B ceſſerunt a me. Derelinquerūt me ppinqui
mei: ⁊ qui me nouerant obliti ſunt mei. Hoc
melius oſtendim⁹ ſi iobānis ad mediū teſti/
Jo.1. moniū pferim⁹ qui ait: In ppria venit: et
ſui eū nō receperūt. A deo ąppe fratres lon
ge facti ſunt: ⁊ noti receſſerunt quē tenentes
legē pphetare hebrei nouerāt ⁊ pſentem mi
nime recognoſcebāt. Unde recte nūc dicīt.
Derelinquerunt me ppinqui mei: ⁊ qui me
nouerant obliti ſunt mei. Judei etenī ppin/
qui p carnez: noti p legis inſtructionē quaſi
obliti ſunt quē pphetauerāt: dū eū ad incar
Tex. nandū verbis legis canerent: ⁊ incarnatum
verbis pfidie negarent. Sequiſ. ℣ Inquili
ni domus mee ⁊ ancille: ſicut alienū habue/
runt me. Inquilini domus dei fuerāt ſacer/
dotes: quoz origo in dei ſeruitio deputata
iam p officiū in conditione tenebaſ. Ancille
aūt nō immerito intelligunſ leuitarū anime
C ad ſecreta tabernaculi: quaſi ad interioza cu
biculi familiarius ſeruiētes. Dicat g̃ ō ſacer
dotibus ſedula cura ſeruientib⁹: dicat de le/
uitis ad iterioza dom⁹ dei obſequētib⁹. In
quili; i dom⁹ mee ⁊ ancille ſicut alienū habu
erunt me: q: incarnatū dñm quē dudū p le/
gis verba p̄dixerāt: cognoſcere ac venerari
noluerunt. Qui adhuc aptius qđ ab eoz p
uerſa volūtate nō ſit cognit⁹: manifeſtat: cū
ſubdit. Et quaſi peregrin⁹ fui in oculis eorū
Redemptor eteñ noſter dū a ſinagoga co/
gnitus nō eſt: i domo ſua quaſi peregrinus
Jere.14. extitit. Nō apte pphetа teſtaſ dicēs: Qua/
ſi ſicut colonus futur⁹ es in terra: ⁊ quaſi vi/
ator declinās ad manendū. Qui eñ vt dñs
auditus nō eſt: nō poſſeſſor agri: ſed colon⁹
ē credit⁹. Qui q̃ſi viator ad manēdū tñodo
declinauit: q: paucos ex iudea abſtulit: ⁊ ad
vocationē gētiū pergens iter ceptum pegit.
Peregrinus ergo in eoz oculis fuit: q: duz
ſola que videre poterant cogitabāt: non va
luerunt intelligere in dño: qđ videre nō po
terant. Dum eñ deſpiciūt carnē viſibilē: nō
pueniūt ad inuiſibilē maieſtatē. Dicaſ igiſ
recte: ⁊ quaſi peregrin⁹ fui i oculis eoz. De Tex.
quo adhuc populo apte ſubiungiſ. Seruū D
meū vocaui: ⁊ nō reſpondit. Quid eñ iudai
cus populus: niſi ſeruus fuit: qui nō amore Ro.8.
filij obſequebaſ dño: ſed timore ſeruili. Quo
cōtra nobis p paulum dicīt: Nō accepiſtis
ſpiritū ſeruitutis iterū in timore: ſed ſpiritū
adoptionis filioz: in quo clamam⁹ abba pa
ter. Hūc igiſ ſeruū vocauit dñs: q: collatis
muneribus quaſi emiſſis eū vocib⁹ ad ſe du
cere ſtuduit: ſed nō rñdit: q: digna opera do
nis eius reddere cōtempſit. Vocat nos enī
deus cū muneribus p̄uenit: reſpondem⁹ ve
ro vocationi ei⁹: cū digne iuxta p̄cepta mu/
nera deſeruimus. Quia ergo tot muneriб⁹
iudaicum populū p̄uenit: dicat ſeruuz meū
vocaui: ſed q: etiā poſt tot eum munera con
tēpſit. ſubiūgat ⁊ nō rñdit. Sequiſ. ℣ XXII Tex.
A
Ore pprio depcabar illū. Ac ſi aper
tius diceret. Ego ille qui ante incar
nationē meā tot ei p̄cepta facienda
p pphetarū oza mandauerā: incarnatus ad
eum veniens: oze eū pprio depcabar. Uni
de ⁊ matheus cū p̄cepta ab eo dari in mon/ Mat.5.
te deſcriberet ait: Aperiens os ſuū dixit: Ac
ſi patenter dicat. Tūc os ſuū aperuit: qui p/
us aperuerat oza pphetarū. Hinc eſt etiam
quod de illo ab ſponſa preſentiam ei⁹ deſide Can.1.
rāte dicīt: Oſculeſ me oſculo oris ſui. San/
cta quippe eccleſia quot p̄cepta ex eius pdi/
catione cognouit quaſi tot oris ei⁹ oſcula ac
cepit. Bene aūt dicīt depcabar: quia in car/
ne monſtratus dum mandata vite humiliter
dixit: quaſi ſupbiente ſeruum: vt vineret ro
gaut. Ubi ⁊ apte ſubditur. ℣ Alitū meum Tex.
exhoꝛruit vxoꝛ mea. Quid vxoꝛ domini: ni
ſi ſinagoga accipitur in legis fedele carnali
ei intelligentia ſubiecta? Alit⁹ vero ex carne
ē. Dz infidelis pplus carnē dñi carnaliter in
tellexit: q̃ pure hūc hoim credidit. Alitū g̃
ei⁹ vxor exhoꝛruit: q: ſinagoga euz quē vi/
debat hoiem: deū credere expauit. Cūq; ab B
ei⁹ oze verba corporaliter audiret: in eo intel
ligere diuitatis archana recuſauit: ⁊ creato
rē ē nō credidit: quē creatū vidit. Carnis g̃
alitū carnalis vxoꝛ exhoꝛruit. q̃ carnalibus
ſenſib⁹ dedita incarnatiōis ei⁹ miſteriū non

agnouit. Seqr. ℣ Et orabã filios vteri mei In deo q̃ corpis forma nõ circũscribit mem bra corpis .i. manꝰ: oculosꝫ vterꝰ ita noiant: vt ex mẽbrorꝫ vocabulis effectꝰ eiꝰ potentie designet. Oculos q̃ppe hre dr: q̃ cũcta vi/ det. Manꝰ hre describit: q̃ cũcta opat. In vtero aũt ples ꝯcipit: q̃ in hac vita pfert. Quid ḡ vterꝫ dei. nisi eiꝰ ꝯsiliũ debemꝰ acci pere. In q̃ añ secula p̃ p̃destinationẽ ꝯcepti sumꝰ ita vt creati p̃ secula ꝓducamur. Beꝰ ḡ q̃ manet añ secula vteri sui filios orauit: q̃ eos quos potẽter p̃ diuinitatẽ cõdidit: incar natus veniẽs humiliter rogauit. Gz q̃ i ip/ L
sa carne qua apparuit ab eorꝫ estimatiõe de Tex.
spectꝰ est: subiungit. ℣ Stulti q̃z despiciebãt me: sapientibꝰ a veritatis fide cadẽtibꝰ. Re/ cte de stultis quoq̃ addit: q̃ dum phariseꝰ dñm ac legisperiti despicerẽt: eorꝫ incredulitatẽ etiã populi turba secuta est: que in eo q̃ hoiem vidit: redẽptoris mũdi p̃dicamẽta de Iere.5.
spexit. Naz sepe stultorꝫ noie hij qui sunt in plebe pauperes designãt. Vñ ꝛ p hieremiam dr: Dixi forsitan paupes sunt ꝛ stulti: ig norãtes viã dñi: ꝛ iudicium dei sui. Relictis aũt mũdi sapientibꝰ atq̃z diuitibꝰ redẽptor nr q̃rere paupes ꝛ stultos venerat. Vñ nũc quasi in augmento doloris dr. Stulti quoq̃ despiciebant me: ac si apte diceret. Ipsi me 1.Cor.1.
etiã despexerũt p q̃bus sanandis: stulticiaz p̃dicatiõis assumpsi. Scriptũ q̃ppe est: q̃ in dei sapia nõ cognouit mũdus p̃ sapientiam B
deũ: placuit deo p̃ stulticiã p̃dicatiõis saluos facere credẽtes. Uerbũ quippe dei sapiẽtia est: sed stulticia huiꝰ sapientie dicta est caro verbi: vt q̃ carnales quiq̃ p̃ carnis sue p̃ru dẽtiã ptingere nõ valebant ad sapientiã dei p̃ stulticiã p̃dicatiõis. i. p̃ icarnationẽ verbi sanarẽt. Ait ergo Stulti q̃z despiciebãt me Ac si aperte diceret. Et ab ipsis despectꝰ sũ p̃ q̃bus stultꝰ estimari veritꝰ nõ sum. Et q̃ iudeorꝫ plebs cũ miracula nostri redẽptoris cerneret: hunc ex signis honorabat dicens: Hic ẽ chriſtꝰ. Cũ vero humanitatis eiꝰ infir ma cõspiceret eũ creatorẽ credere dedigna/ bãt dicẽs. Nõ: sed seducit turbas: recte sub
Tex. iungitur. ℣XXIII
A Et cũ ab eis recessissem: detrahebãt mihi. Quasi accedebat q̃ppe ad corda populorũ dñs cũ eis miracula demõstra ret: ꝛ q̃si recedebat: cũ nulla signa ostende/ ret. Gz recedẽte dño detrahebãt: cũ a mira/ culis quiescenti p̃bere fidẽ nolebãt. Sed q̃d mirũ ꝓpeti ista a plebibus cũ ipi quoq̃ q̃ le gis doctores eẽ videbãt: q̃ eũ ꝛbis ꝓpheti cis incarnãdũ ee phiberẽt: ꝛ incarnatũ vide rũt: ꝛ ab eo tñ pfidie interruptiõe diuisi sũt. Tex.
Be q̃bꝰ subdit. ℣ Abhoiati sũt me quõdã cõsiliarij mei: ꝛ quẽ maxime diligebã: aduer sat ẽ mihi. Cũctis liquet: q̃ de ꝯsiliarijs nõ eget: q̃ ipis q̃z ꝯsiliarijs hoim sapiẽtie ꝯsiliũ Esa.40.
B
p̃bet. De quo etiã scriptũ ẽ. Quis cognouit sensum dñi: aut q̃s eiꝰ cõsiliariꝰ fuit. Gz quẽ admodũ cũ panis vel vestimẽtũ egẽti tribu/ itur: hoc dñs accepisse se testat: ita cũ nesciẽ/ ti cuilibet rectũ cõsiliũ dat: hoc ipse accipit: cuiꝰ ille mẽbrũ est qui erudit. Oẽs eteñ fide les: membra nostri redemptoris sumus: ꝛ si cut ipse in nobis p̃ misericordiã largitatis pa scit: ita ipse nobis p̃ doctrine ꝯsiliũ iuuatur. Scribe ita q̃z ꝛ legisdoctores qui erudire po pulos ad vitã cõsueuerãt: q̃d aliud: q̃z futu/ ri redẽptoris cõsiliarij fuerunt. Qui tñ dum incarnatũ dñm cõspicerẽt: cõsilijs suis mul/ tos ab eiꝰ fide diuiserũt: q̃uis p̃ius ad cre/ dendũ incarnationis eius misteriũ p̃ ꝓpheta rum verba multos docuisse viderent. Et L
qꝫ ille apud deũ magis in amore est: q̃d ad eiꝰ amorẽ plurimos trahit adhuc de eodem le/ gisdoctorũ atq̃z phariseorꝫ ordine subditur. Et quẽ maxie diligebã: auersatꝰ ẽ mihi. Ip se eñ ordo suadẽte pfidia a fide ṽitatis auer sus est: q̃ p̃ius in labore p̃dicatiõis seruiens maxime diligebat: quẽ nõ solũ ad nõ credẽ/ dũ: ꝫ vsq̃z ad psequẽdũ dñm ppl̃orꝫ quoq̃ turba secuta ẽ: ꝛ vsq̃z ad possessionẽ illiꝰ seui cie faucibꝰ accẽsa. In q̃ videlz passione discipulorꝫ corda turbata sũt. Vñ ꝛ nũc subdit. Tex.
Pelli mee cõsũptis carnibꝰ: adhesit os me/ um. In osse fortitudo: in carnibꝰ vero infir/ mitas corporis designat. Quia igitur chri/ stꝰ ecclia vna psona ẽ: q̃d p̃ os: nisi ipe dñs designatur: ꝛ Quid per carnẽ. nisi discipuli: qui passionis eius tempore infirma sapuerũt Per pellem ño que exterior carne manet: in corpore: quid nisi ille sancte femine figurant que ad p̃parãda subsidia corporis exterio/ ri bus dño ministerijs fuiebãt. Nã cũ eiꝰ disci puli: q̃uis necdũ firmi ṽitatis fidẽ populis p̃dicarẽt: ossi suo inherebãt carnes. Et cum B
sancte mulieres ea que necessaria erãt: exte/ riora p̃pararent: q̃si pellis exteriꝰ manebat in corpore. Sed cũ ad crucis horã ventũ ẽ: eius discipulos grauis ex p̃secutione iudeo rũ timor inuasit. Fugerũt singuli: mulieres astiterũt. Quasi ergo consũpta carne os dñi pelli sue adhesit: q̃ fortitudo eiꝰ passiõis tẽ/ pore fugiẽtibꝰ discipulis: iuxta se mulieres i uenit. Stetit nãq̃z aliq̃diu petrꝰ: sed tñ post territꝰ negauit. Stetit ẽt iohãnes cui ipo cru cis tpe dictũ ẽ: Ecce mater tua: ꝫ pseuerarẽ Io.19.

Par.14. minime potuit: q; de ipo ꝙ scriptũ ē ꝙ ado
lescens quidã sequebaꝫ illũ amict⁹ sindone
sup nudo: ⁊ tenuerũt eũ At ille reiecta sindo
ne nudus pfugit ab eis. Qui ⁊ si post vt ver
ba redemptoris sui audiret: ad horaz crucis
redijt prius tamẽ territus fugit. Mulieres
aũt nõ solum nõ tenuisse neꝙ fugisse: sed etiã
vsqꝫ ad sepulchrũ stetisse memorantꝫ. Dicat
ergo. Pelli mee cõsumptis carnib⁹ adhesit
os meũ. Hoc ē: hij qui mee fortitudini ppin/
quius inherere debuerint: passionis mee tẽ
pore: timore consumpti sunt: ⁊ eas quas ad
exteriora ministeria posui: in passione mea si
ne formidine inherere mihi fideliter inueni:
Vbi et aperte subdit ꝙ hec verba ꝓ misteri
um dicantur dum sequit. ℣ XXIIII

Tex. A Et derelicta sũt tãtũmodo labia cir/
ca dentes meos. Quid eñ circa den
tes aliud ꝙ labia habemus: etiã si nulla fla/
gella patiamur. Sed quid per labia: nisi lo
cutio: quid ꝓ dentes: nisi sancti apostoli desi
gnantꝫ: Qui in ℔ ecclesie corpore idcirco sũt
positi: vt vitã carnaliũ correptione mordeãt
eamqꝫ a sue ptinacie duritia cõfringant. Un
de et eidem primo apostoloꝝ quasi denti in
Act.10. eius corpore posito dicit: Macta: ⁊ mãduca. Sed q; passionis eius tẽpore isti dẽtes p
timore mortis amiserunt morsũ correptiõis
ãmiserunt fiduciã roboris: ãmiserunt efficati
am oĩmode operationis: ita vt duo ex illis
Luc.24. ambulantes post eius mortẽ ac resurrectiõ
nẽ in via loquerentꝫ ⁊ dicerẽt: Nos sperabamus q; ipse esset redempturus isrl: recte nũc
dicit. Et derelicta sunt tantũmodo labia circa dentes meos. Confabulantꝫ adhuc de illo: sed iam in illo minime credebant. Tantũ
modo ergo labia circa dentes eⁱ remãserãt
quia virtutẽ bone operationis amiserant: et
sola de illo cõfabulationis verba retinebãt.
B Perdiderant morsum correptionis: ⁊ habebant motũ locutionis. Labia itaqꝫ tãtũmodo circa dentes relicta sunt: quia adhuc qui
dẽ cõfabulari nouerãt. sed ꝓdicare iam eum
aut mordere ifideliũ vicia formidabãt. Peractis itaqꝫ hijs que in voce capitis dixit: ad
Tex. ppria beatus iob verba reuertitur dicens:
Miseremini mei miseremi mei: saltem vos
amici mei: q; manus domini tetigit me. Hoc
habere solet ppriũ mẽs pioꝝ: qõ cũ iniusto
ab aduersarijs patit: nõ tam ad irã ꝙ ad pre
ces moueaꝫ: vt si moderari eoꝝ prauitas placite valeat: plus deꝓcari eligũt: ꝙ irasci. Unde recte nũc dicit. Miseremini mei miseremini mei: saltem vos amici mei: q; manⁿ dñi
tetigit me. Ecce eos a quib⁹ se p cõtumelias
affligi cõsiderat amicos vocat: q; bonis mẽ
tibus etiam ipsa fiunt ꝓspera que videnturad C
uersa. Nam quersi quiqꝫ bonoꝝ dulcedine
aut cõuertuntꝫ vt redeant: ⁊ eo ipso amici sũt
quo boni fiunt: aut in malitia pseuerãt: in ℔
quoqꝫ etiã nolentes amici sunt: q; si qua bonoꝝ delicta sunt: ea suis psecutionibus etiã
nesciẽtes purgant. Notandũ quoqꝫ ꝙ eis q̃
secreto apud deũ gesta sunt. beati viri in publico verba ꝓcordãt. Sathan quippe pcussus fuerat: nec tñ pcussionẽ suam sathane tribuit: sed tactũ se manu dñi appellat: sicut ip
se quoqꝫ sathan dixerat. Mitte manũ tuaz:
⁊ tange os eius ⁊ carnẽ: si nõ in faciẽ bñdixerit tibi. Sciebat quippe vir sanctⁿ: q; ⁊ ℔
ipm qõ puersa volũtate ꝓtra se sathã egerat
ptãtẽ nõ a semetipo: ꝑ a dño hẽbat. Deqꝫ.

Tex. A Quare psequimini me sicut ℣ XXV
de⁹: ⁊ carnib⁹ meis saturamini: Nõ
abhorret a locutione pietatis: qõ a deo se p
hibet psequi. Est nãqꝫ pcutor bonⁿ: sicut
de semetipso ore pphetico dñs dicit: Detra
hentem occulte aduersus primũ suũ: hũc p
sequebar. Cũ vo sanctus quisqꝫ flagellari p
mittit: scit ꝙ pcutiẽtꝫ ꝓtra cõmissa vicia
ex interna dispẽsatiõe patiat. Crudeles aũt
pcutoꝝ mentes cũ ptãtẽ feriendi appetũt
cõtra bonoꝝ vitã nõ studio purgationis: ꝑ
liuoris facib⁹ accendunt. Et quidẽ hoc faciunt: qõ deⁱ oipotẽs fieri pmittit. Sed dum
vna causa cũ deo etiã p eos agit: nõ tñ volũ
tas vna in eadẽ causa seruat. Quia cũ oipotẽs deⁱ amãdo purgationẽ exhibet iniusto
rũ prauitas seuiendo maliciã exercet. Nõ ergo dicitur. Quare persequimini me sicut deus: ad exteriorem hoc pcussionez retulit: nõ
ad intimam intentionem: q; ⁊ si hoc agũt exterius quod deus agi dispositi: non tamẽ ℔
quod deus in sua actione appetunt: vt boni B
ex afflictione purgent. Quod intelligi ⁊ aliter
potest. Tãto eñ oipotẽs deⁱ iustius aliena
vicia pcutit qñto in semetipso nil habet vicioꝝ. Homies vero cũ p disciplinã alios feriunt: sic alienam infirmitatẽ debent pcutere:
vt etiã ad suã nouerint oculos reuocare: vt
ex semetipsis cõsiderent: qñtũ alijs feriendo
parcant: cũ se quoqꝫ ipsos dignos pcussionibus nõ ignorant. Itaqꝫ nũc dicit. Quare p
sequimini me sicut deus. Ac si aperte dicere. Ita me ex infirmitatib⁹ meis affligitis:
ac si ipsi more dei de infirmitate nihil habeatis. Unde ꝓsiderãdũ ē: q; si qui fortasse sint
qui asperitate correptiõis indigeant: tunc
eis dura correptio a nobis admouenda est:
cum dei manus cessat a verbere. Cum vero

supna flagella insunt: nõ a nobis iam correptio: ꝙ cõsolatio debeꝫ: ne dũ in dolore ĩcrepatiõnẽ iungimus: pcussionẽ pcussioni sociemus. Bene aũt subdiꝫ. ℣ Et carnib⁹ meis saturamini. Quorũ primorũ penas esurit: saturari ꝓculdubio alienis carnib⁹ querit. Sciendũ quoq; est: qz hij etiã qui aliene vite detractione pascunꝫ: alienis ꝓculdubio carnib⁹ satiantꝫ. Vñ ꝑ salomonẽ dicit: Noli esse in cõuiuijs potatorũ: neq; comedas cũ eis qui carnes ad vescẽdũ cõferunt. Carnes quippe ad vescẽdũ ꝓferre ẽ: in collocutione derogatiõis vicissim primorũ vicia dicere. De quorũ illic pena mox subdiꝫ: qz vacãtes potibus: ⁊ dantes simbolũ cõsumẽꝫ: ⁊ vestietur pãnis dormitatio. ¶ Potib⁹ vacãt: qz de obprobrio aliene vite se deebriant. Simbolũ vero dare est: sicut vnusquisq; solet ꝑ partes sua cibos ad vescendũ ita in confabulatione detractionis verba ꝓferre. Sed vacãtes potib⁹ ⁊ dãtes simbolũ ꝓsumẽꝫ: qz sicut scriptũ est: Qis detractor eradicabiꝫ. Vel est: ꝫ aũt pãnis dormitatio: qz despectũ: ⁊ iopem a cũctis bonis opibus mors sua iuenit: quẽ hic ad aliene vite exquirenda crimina detractionis sue languor occupauit. ℣ XXVI

Sed tot dura que beatus iob sustinet dignũ nõ est vt ꝑ silẽtiũ trãseãt: eaq; ad noticiã hoim ignorãtie obscuritas tegat. Tanti quippe edificari ad seruandã patientiã valent: quanti implente se supna gratia eis⁹ patiẽtie facta cognouerit. Vñ ⁊ eisdẽ beat⁹ iob i exẽplo vult ptrahi flagella que sentit: q̃ stati subiecit dicens: Quis mihi tribuat: vt scribanꝫ sermones mei: q̃s mihi det: vt exarẽꝫ in libro stilo ferreo ⁊ plũbi lamina: vel celte sculpanꝫ in silice. Cũcta que ptulit: qz forti patrũ⁊ sinia edoct⁹ grauis ille iudeoꝝ populus agnouit: stilo ferreo et plũbi lamina scripta sũt. Quia vero hec etiã dura gẽtiliũ corda cognouerũt: quid ea: nisi sculpta in silice videmus. Et notãdũ qz i plũbo qõ scribiꝫ ipa metalli mollicie citi⁹ deleꝫ: ⁊ in silice vero tardius q̃dẽ valẽt lre expri mi: sed difficili⁹ deleri: nõ ꝙ imerito ꝑ plũbi laminã iudea exp̃miꝫ: q̃ ꝑcepta dei ⁊ sine labore ꝓcepit: ⁊ cũ celeritate pdidit: recte ꝑ silicem gentili tas figuraꝫ: que verba sacri eloquij vix custodienda suscipere potuit: sed tñ fortiter suscepta seruauit. ¶ Per stilũ vero ferreũ: q̃d aliud: q̃ fortis dei sinia designatur. Vnde ꝑ ꝓphetã dicit: ¶ Peccatum iude scriptũ est stilo ferreo. in vngue adamãtino. In vngue finis est corpis. Ita vero lapis durꝰ ẽ adamas: vt ferro nõ valeat secari. ¶ Per stilũ vero ferreũ fortis sentẽtia: ꝓ vnguẽ vo ad amãtinũ signaꝫ finis eternꝰ. ¶ Dctm̃ itaq; iude stilo ferreo in vngue adamantino scriptũ dr: qz culpa iudeoꝝ ꝑ fortẽ dei sniam in fine seruaꝫ infinito. Recte quoq; ꝑ plumbi lamiñ eos accipimꝰ: quos auaritie pondus grauat: q̃bus ꝑ increpantẽ ꝓphetã dicit. Filij hominũ vsq; quo graues corde. ¶ Per plũbũ nanq; cuiꝰ natura grauis est pond'eris: peccatũ auaritie specialiter designaꝫ: qõ mentẽ quã infecerit ita grauẽ reddit: vt ad ꝓtẽda sublimia attolli nequaq; possit. ¶ Hinc em̃ in zacharia scriptũ est: Leua oculos tuos: ⁊ vide. Quid est hoc qõ egreditur: ⁊ dixi. Quid nã est: Et ait. ¶ Hec amphora egrediẽs: ⁊ dixit. ¶ Hec est oculus eorũ in vniuersa terra.

Ecce talentũ plũbi portabaꝫ XXVII bak: et ecce mulier vna sedẽs in medio amphore. Et dixit. ¶ Hec ẽ ipietas. Et piecit eã in medio amphore: ⁊ misit massam plũbeã in os eiꝰ. Qui de hac visiõe amphore ⁊ mulieris: ⁊ plũbi vt latius q̃d cognouisset ostenderet: adhuc secutus adiunxit. Et leuaui oculos meos ⁊ vidi: ⁊ ecce due mulieres egredientes ⁊ spũs in alis earũ. Et habebãt alas quasi alas milui: ⁊ leuauerũt amphorã inter terrã ⁊ celũ. Et dixi ad angelum qui loquebaꝫ ĩme. Quo iste deferũt amphoraz: Et dixit ad me. Ut edificetur ei domus i terra sennaar. Qõ ꝓphete testimonium inutiliter ꝑ documento plũbi ꝓtulimꝰ si nõ etiam repetentes exponamus. Ait enim Leua oculos tuos ⁊ vide. Quid est hoc qõ egreditur: Et dixi. Quid nã ẽ: Et ait. ¶ Hec est amphora egrediens. Volens deꝰ ꝓphete ostendere humanum genus ex qua ab eo maxime culpa dilabatur ꝑ imaginẽ amphore quasi patẽs os auaritie designauit. Auaritia quippe velut amphora est: que cũctis cordis in ambitu apertũ tenet. Et dixit. ¶ Hec est oculus eorũ in vniuersa terra. Quia multos obtusi sensus homines cernimꝰ: ⁊ tñ eos in malis actib⁹ astutos videmꝰ: ꝓpheta q̃ attestãte qui ait. Sapientes sunt: vt faciãt mala: bene aũt facere nesciũt. ¶ Hij ita q; sensu torpẽt: ꝫ in his q̃ appetũt auaritie stimulis excitãt: ⁊ q̃ ad bona videnda ceci sũt: excitatib⁹ pmijs ad pagẽda mala vigilãtes fiũt. Vñ recte de hac eadem auaricia dicit. ¶ Hec est oculꝰ eorum in vniuersa terra. Ecce talentũ plumbi portabaꝫ. Quid est talentũ plumbi: nisi ex eadẽ auaritia pondus peccati: Et ecce mulier vna sedẽs in medio amphore. Quam mulierem ne fortasse que esset dubitare possimꝰ illico angelꝰ innotuit. Nã illic mox sequitur.

Et dixit: hec est impietas. Et picit eam in medio amphore. Impietas i medio amphore pcitur: q; nimirum in auaritia semper impietas tenetur. Et misit massam plumbi i os eius. Massa plumbi in os mulieris mittit: q; scz impietas auaritie peccati sui pondere grauat. Si eñ ad ea que deorsum sunt non ambiret erga deū ac pximos impia nequaq̃ existeret. ℣ XXVIII

A Et leuaui oculos meos ⁊ vidi: ⁊ ecce due mulieres egredientes: ⁊ spirit⁹ in alis earū. Quid aliud in his duabus mulieribus accipim⁹: nisi duo principalia vicia supbiā videlicet ⁊ gloriā inanē: que impietati absq; vlla dubitatiõe cõiuncte sunt. Que ⁊ in alis suis spiritū habere narrant: quia in actionibus suis sathane voluntati deseruiunt. Ipsum quippe ppheta spiritū appellat de quo salomon ait. Si spiritus potestatem habentis ascenderit sup te: locū tuū ne dimiseris: ⁊ de quo in euāgelio dñs dicit: Cū immūdus spirit⁹ exierit ab hoīe ambulat p loca arida ⁊ inaquosa. Spiritus in alis earuz est: q; superbia ⁊ inanis gloria: per omne qđ agunt sathana voluntati famulant. Et habebāt alas q̃si alas milui: Miluus semp naturestudet insidiari pullozū. Iste ergo mulieres alas habent quasi alas milui: quia actiones earū diabolo sunt pculdubio similes q̃ insidiantur semper vite paruulorum. Et leuauerunt amphoram inter celū ⁊ terrā. Supbia et vana gloria habent hoc pprium: vt eum quē infecerint in cogitat'one sua super ceteros homines extollant: ⁊ modo per ambitum rerum: modo per desiderium dignitatum quez semel captū tenuerint: quasi in honoris altitudine eleuent. Qui autem inter celum ⁊ terra est: et ima deserit: et superiora minime attingit. Leuant ergo iste mulieres amphoram inter celum ⁊ terrā: quia supbia ⁊ inanis gloria mentem per auaricia horis captā ita eleuant: vt quoslibet pximos despicientes quasi ima deserant: ⁊ alta gloriantes petant. Sed tales quicq̃ dū superbiunt: ⁊ eos mente transeunt cū quibus sunt: ⁊ superioribus ciuibus minime iungūt. Amphora ergo leuata inter terrā ⁊ celū dicit: q; auari quicq̃ per supbiam atq; inanē gloriaz ⁊ pximos iuxta se despiciunt: ⁊ superiora q̃ vltra ipsos sunt: nullatenus appēdūt. Inter terrā itaq; et celum ferunt: quia nec eq̃litatem fraternitatis in infimis per caritatem tenent: nec tamen summa pertingere sese extollendo pualent. Et dixi ad angelu: qui loquebatur ad me Quo iste deferūt amphoram? Et dixit ad me. Vt edificetur ei domū in terra sennaar. Eidem amphore edificatur domus in terra sennaar. Sēnaar quippe fetoz eorum dicit. Et sicut bon⁹ odor ex virtute est: paulo attestāte qui ait: Odorem notitie sue manifestat p nos in omni loco: q; christi bonus odor sumus deo: ita econtrario fetor ex vicio. Radix eñ est omniū malorū cupiditas. Et q; qõlibet malū p auaritiā gignitur: dignū est vt dom⁹ auaritie in fetore construat. Sciēdū q̃ē q; sennaar latissima vallis est: in qua turris a supbientibus edificari ceperat q̃ linguarū facta diuersitate destructa est. Que scz turris babylõ dicta ē: p ipa videlicet cõfusiõe gētiū atq; linguarū. Nec immerito ibi auaricie amphora ponitur vbi babylon. i. cõfusio edificat: q; dū p auaritiā ⁊ impietatē certū est oia mala exurgere: recte hec ipa auaritia atq; impietas in cõfusione phibēt habitare. Hec paucis p excessum dixim⁹: vt peccati põdus exprimi p plũbi lamiña mõstrarem⁹. Que tñ beati iob verba sancte quoq; ecclesie cõgruũt: que duo sacri eloquij testamēta custodies: quasi scdo sermones suos scribi expedit dicēs. Quis mihi tribuat: vt scribant sermones mei: q̃s mihi det: vt exarent i libro. Que q; forti stilo ferreo i plũbi lamina: vel celte in silicem scribit. Sed iure beatū iob redemptoris nri eiusq; ecclie: vti vocibus dicem⁹. si qđ de eodē redēptore nro q; apte loq̃tur inuenimus. ℣ XXIX

Quo eteñ pacto credēdū ē: q; ex eo aliquid p figurā insinuat: si eū nobis aptis vocib⁹ñ demē strat. Sz iā qđ ð eo sentit apiat: omnesq; nobis ābages cogitationū tollat. Sequit. ℣ Scio eñ q; redēptor me⁹ viuit. Qui eñ nõ ait cõditor: sed redēptor: aperte eū denũciat: qui postq̃ oia creauit: vt nos de captiuitate redimeret: iter nos incarnat⁹ apparuit: suaq; passione nos a ppetua morte liberauit. Et notādū quāta fide se in ꝓtute ei⁹ diuinitatis astringat: de q̃ p paulū dr: q; ⁊ si crucifixus ē ex infirmitate viuit ex ꝓtute dei: Ait nāq;. Scio ei q; redēptor me⁹ viuit. Ac si apertis vocibus dicat. Infidelis quisq̃s illū flagellatū: derisuz: palmis cesū: corona spinea coronatū: sputis illitū: crucifixū: mortuum nouerit: ego illum post mortē viuere certa fide credo: libera voce pfiteor: q; redēptor me⁹ viuit: q̃ inter ipiorū man⁹ occubuit. Sz qđ beate iob p resurrectiõe illi⁹ etiā de tue carnis resurrectiõe cõfidis: aperta que so voce pfitere? Sequit.

Et in nouissimo die de terra surrecturus sũ: quia videlicet resurrectionẽ quã in se ostendit in nobis etiã quãdoq; facturus est. Resurrectionẽ q̃ppe quã in se ostendit nobis p misit: quia sui capitis gloriã sequunt membra. Redemptor ergo noster suscepit mortẽ ne mori timeremus. Ostendit resurrectionẽ vt nos resurgere posse cõfidamus. Unde et eandẽ mortẽ nõ plusq; triduanã esse voluit: ne si in illo resurrectio differret: in nobis omni modo desperaret. Qõ bene de illo p pro
L ps.109. phetã dicit: De torrente in via bibet: ppterea exaltabit caput. Quasi eñ de quodã flumine nostre passionis nõ in mãsione biberet: sed in via dignatus est: q̃ i mortẽ trãsitorie. id est ad triduũ cõtigit: atq; in ea morte quã cõtigit nequaq; sicut nos vsq; ad finẽ seculi remãsit. Tum ergo die tertio resurrexit: q̃d in eius corpore. i. eccliã sequat ostendit. Exemplo quippe monstrauit qõ p̃misit in premio: vt sicut ipsũ resurrexisse fideles agnoscerent: ita in seipsis in fine mũdi resurrectionis p̃mia sperarent. Ecce nos p mortẽ carnis vsq; ad finẽ mũdi remanem⁹ in puluere: ille autem die tertia ab ariditate mortis viruit: et diuinitatis sue nobis potẽtiã ipa innouatione sue carnis ostẽdit. Quod bene p moysen
Nu.17. virgis duodecim in tabernaculo positis demonstrat. Nã cũ aaron ad sacerdotiũ: q̃ õ tribu leui fuerat despiceret: nec digna tribus q̃ offerret holocausta crederet: duodeci virge: iuxta duodecim tribus in tabernaculo poni p̃cepte sunt: et ecce virga leui viruit: et quid virtutis in munere aaron haberet ostẽdit. Quo videlicet signo quid innuit: nisi q̃ oẽs qui vsq; ad finẽ mũdi iacem⁹ in morte: quasi virge relique in ariditate remanemus. Sed cunctis virgis in ariditate remanẽtib⁹ virga leui ad florem redijt: q̃ corpus dñi veri q̃z sacerdotis nostri in mortis ariditate positum: in florẽ resurrectiõis erupit. Quo flore aaron recte sacerdos esse cognoscit: quia hac resurrectiõis gloria redẽptor noster qui de tribu iuda et leui ortus est: intercessor pro nobis esse monstrat. Ecce ergo iã virga aaron post ariditatẽ floret: sed virge duodecim tribuũ in ariditate remanẽt. quia iam quidẽ corpus domini post mortẽ viuit: sed nostra adhuc corpora vsq; ad finẽ mundi a resurrectionis gloria differũt. Unde caute hãc eandẽ dilationẽ intulit dicẽs: Et in nouissimo: õ terra surrecturus sum.

A Habemus q̃ spem resurrectionis nre cõsiderata gloria capitis nostri. Q̃z ne q̃s vel cogitatione tacita forsitan dicat. Q̃ idcirco ille surrexit a morte: q̃ vn⁹ id ẽq; deus et homo mortẽ quã ex humanitate p tulit: ex diuinitate superauit: nos vero q̃ pu ri hoies sum⁹: a mortis surgere dãnatione nõ possum⁹: recte i resurrectiõis eius tpe etiã multoꝝ sanctoꝝ corpa surrexerũt: vt et in se nobis exemplũ ostẽderet: et de alioꝝ q̃ nobis p purã humanitatem similes fuerũt: nos in resurrectione roboraret: quatin⁹ cuz se hõ desperaret pcipere quod in se ostenderat deus homo: hoc i se fieri posse p̃sumeret: qõ in ipsis factũ cognosceret: quos prorsus
B isse homines nõ dubitaret. Sunt vero nonnulli: qui cõsiderãtes q̃ spũs a carne soluit: q̃ caro in putredinẽ vertit: q̃ putredo i puluerẽ redigit: q̃ puluis in elemẽtis soluit: vt nequaq; ab humanis oculis videatur: resurrectionez fieri posse desperant: et dum arida ossa inspiciunt hec vestiri carnibus: rursũq; ad vitam viridescere posse diffidunt. Qui si resurrectionis fidem ex obedientia nõ tenẽt certe hanc tenere ex ratiõe debuerũt. Quid eñ quotidie: nisi resurrectionẽ nostrã in elementis suis mũdus imitatur. Per quotidiana quippe momenta lux ipsa temporalis: q̃ si moritur: dum superuenientibus noctis tenebris ea que aspiciebat subtrahitur: et quasi quotidie resurgit: dum lux ablata oculis suppressa iterum nocte reparatur. Per momenta quoq; temporum cernimus arbusta viriditatem foliorum amittere: a fructuum prolatione cessare: et ecce subito quasi ex arescenti ligno velut quadam resurrectione venientem videmus folia erumpere: fructus grandescere: et totam arborem rediuiuo decore vestiri. Indesinenter cernimus parua arborũ semina terre humoribus commendari: ex q̃bus non longe post aspicimus magna arbusta surgere: folia pomaq; pferre. Consideremus ergo paruum cuiuslibet arboris semẽ: quod in terra iacit: vt arbor ex illo p̃ducat et comprehendamus si possumus vbi in illa tanta breuitate seminis: tam immensa arbor latuit que ex illo p̃cessit: vbi lignum: vbi cortex: vbi viriditas foliorum: vbi vbertas fructuum. Nũq̃d nã in semine tale aliquid videbatur cum in terra iaceretur? Et tamen occulto rerum oim opifice cuncta mirabiliter ordinante: et in mollicie seminis latuit aspitas corticis: et in teneritudine illi⁹ abscõsa ẽ fortitudo roboris: et in siccitate eius vbertas fructificatiõis. Quid ergo mirũ: si tenuissimũ puluerem: vel a nostris oculis in elementis redactũ cũ vult in hominẽ reformat: qui ex tenuissimis seminib⁹ imẽsa arbusta reintegrat

Ezec.34. guis eius in medio eius est super lympidissi/
mam petram effudit illum: non effudit illum
super terram: vt possit opiri puluere: p ter/
ram videlicet z puluerē peccatores: per pe/
tram vo lympidissimā iustum signās: q̄ gra
uibus peccatoz contagijs non exasperatur
B Sanguis vo super lympidissimā petrā effu/
ditur: quando malicia cruente mentis in af/
flictione iuste anime grassat. Cum ergo sit
grauius iustos q̄ iniuste iniustos affligere:
multo tamen est grauius z iustis pariter z in/
iustis nocere. Quia ergo hic iniquus z iu/
stis pariter nocuit z iniustis in accusatiōe cō
demnatiōis reuelabūt celi iniq̄tatem eius z
terra ꝓsurget aduersus eum: qz z illis obsti/
tit qui celestia: z eos pressit qui ima sapuert.
Possunt vo per terram non solum peccato
res z reprobi: sed hi qui terrenis actibus oc
cupati elemosynarū z lachrymarum ope ad
eternam vitā puenīūt designari: de q̄bus p
ps.49. psalmista dicit: Luz venire dñs ad iudiciū
nūciaret. Aduocauit celos sursum z terram
L vt discerneret populū suū. Celos q̄ppe sur/
sum aduocat: cum hi qui sua oīa relinq̄ntes
ꝓuersationē celestis vite tenuerūt: ad ꝓsedē
dum i iudicio vocant: atq; cū eo iudices ve
niunt. Terra etiam sursum vocat: cum hi q̄
terrenis actib⁹ obligati fuerant in eis tamen
plus celestia q̄ terrena lucra quesierūt: q̄b⁹
Mat.25. dicit: Hospes eram z collegistis me: nudus
et opuistis me: hypocrite itaq; hui⁹ celi ini/
quitatē reuelant: atq; aduersus eū terra cō/
surgit: dum z hi q̄ cū deo iudices veniūt: et
hi qui p iudiciū liberant prauitatis illi⁹ te/
stes existūt. Nihil ergo de his que egit in tē
pore damnatiōis eius abscondit: z si q̄dem
acta illius modo hoib⁹ per duplicitatē mul
ta celant: sed in dānatiōis die quicq̄d in eo
intrinsecus latebat ostēdit. Un apte subiū/

Hgitur. ℣ Cap̄.XVI Tex. A
Spertū erit germen dom⁹ illi⁹ detra
hit in die furoris dei. Tūc germen
dom⁹ illius aperit: cū omne malū qō in con
scientia illius nascebat ostendit. Qō quip
pe germen dom⁹ hypocrite manet occultū:
qz etsi in bona imagine apparet eius opatio
sed latet intētio. Aliud ē nāq; qō agit: aliud
qō intēdit. Sed cū aduenīēte iudice vniuſ/
cuiusq; consciencia ad testimoniū fuerit de/
Ro.2. ducta. Unde scriptū est: cogitatiōib⁹ accu/
santibus aut etiam defendētib⁹: in hoc hy/
pocrite germen dom⁹ aperit: quia in ei⁹ mē/
te cogitatio puersa detegit: z in die furoris
dei detrahit: quia ostensa ira iudicis flāmis
vltricib⁹ traditus ab eius ꝓspectu separat.
Qui eni summa cogitare dum viueret nolu
it: peccatoz suoz pondere deꝓressus a facie
B iudicis in ima supplicioz cadet. Nūc autem
et peccantē ꝓsiderat iudex z tolerat: atq; ad
ꝓuersionē singulos: quia dies patiētie: z nec
dum est dies furoris expectat. Sed in hac die
patientie quasi imobilis manet hypocrita:
dum z multa mala perpetrat: z hūc flagella
nulla castigant. Sed in furoris diez trahet:
quia vindicte tpe raptus ad supplicia ab eē/
ni iudicis vultu separabit. Sequit. ℣ Hec Tex.
est pars homis impij a deo z hereditas ver
borum eius a dño. Si eniz bene agere i hac
positus vita voluisset partem apud dñm ce
lestis regni z consortium haberet. Sed q̄ a
prauis subdi desideriis elegit: partem suā a
dño intormētis inuenit: quia eiusdē dñi par
ticipari gratiam nō quesiuit. Bñ autez dicit
et hereditas verboz eius a dño. Qui enim

pro magnis malis in supplicū mergitur fo-
L tasse credebat q̄ pro verbis que male dixe-
rat mime iudicaret. Sed cum districta om-
nipotentis dei iusticia suppliciū a reprobis
pro peruersis actibus exigit: eis mala vsq̄
ad verborū retributionē reddet: vt qui de
magnis malis debitores sunt: supplicijs tra-
diti etiam nouissimū quadrantē soluant. Il-
lis enim mima parcunt: qui maiora in se di-
stricte mala defleuerūt. Nam quos magna
premūt etiam mala mima in gehennam pa-
ps.118. riter affligunt. Sancti autem viri non partē
a dño accipere: sed partem suaz ipsum dñm
habere desiderant. Unde ꝓpheta deprecā-
tur dicens: ꝓportio mea dñs. Iniquus vo
quia habere portionē suam ipsum dñm non
quesiuit: partem suam extra dñm ignem in-
B uenit: vt ab eius facie exclusus: quia gaude-
re in ipso nō appetijt: sub ipso crucier. Hec
sophar ita intulit: vt p ea que contra hypo-
critaz dixerat beati iob vitam ferret: existi-
mans q̄ is qui a dño percussus esset: cuncta
bona que egerat mente simplici non egisset.
Quem enim ꝑcussum vidit: deo displicuisse
credidit. Sed amici beati iob etiaz in hac re
hereticoꝝ speciez tenent: qui in sancta eccle-
sia dum quosdam bene agentes aspiciūt sub
flagellis gemere: eos existimant bona meri-
ta in bonis actib⁹ non habere: ⁊ malos cre-
dunt quos affligi verbere diuino ꝓspiciunt
videlicet nesciētes: quia multe tribulatiōes
iustoꝝ: ⁊ flagellat omnē filium quē recipit.
Sed beatus iob more sancte ⁊ vniūsalis ec-
clesie: que a peruersis verboꝝ iacula equa-
niminter tolerat: ⁊ cum superboꝝ dicta audit
humilitatis sue tramitem non relinq̄t: cum
magnis cordis hūilitate subiūxit dicēs: XVII

Jn. Job La. XXI A

Audite queso

sermones meos: ⁊ agite penitē-
tiam. Qui enī cum diceret: audi-
te: addidit queso: cuz q̄sta humilitate loqua
tur insinuat: dum contra se superbientes ro-
gat vt eorum sensum ad salutis doctrinā de-
ducat. Sancti autem viri dum intra vniū-
salem ecclesiam: non solum docere recta: sed
Tex. etiam aduersa tolerare parati sūt: irrideri nō
metuūt. Unde ⁊ subdit: ℣ Sustinete me vt
et ego loquar: ⁊ post mea si videbitur verba
ridete. Boni eteni cum loquunt: duo sunt q̄
in suis locutionib⁹ attendūt: vt videlicz aut
sibi ⁊ auditoribꝰ suis: aut sibimet solis pro-
B sint si auditoribꝰ prodesse non possunt. Cuz
enim bene audiunt bona que dicunt: sibi si-
mul ⁊ auditoribꝰ prosunt. Cum vo ab audi
toribꝰ deridentē sibi ꝑculdubio profuerunt:
quos a culpa silentij liberos fecerunt. Beā-
tus itaq̄ iob vt sibi ⁊ suis auditoribꝰ prosit:
dicat: Audite queso sermones meos: ⁊ agi-
te penitentiā: vt autem ipse q̄ debet exol-
uat etiam si auditoribꝰ prodesse non valeat
adūgit. Sustinete me vt ⁊ ego loquar: ⁊ p̄
mea si videbit verba redite. Et notandum
quia dum subiūgeret: agite penitentiā: ꝑmi-
sit audite: cum vo subderet: post mea si vide
bitur verba ridete: premisit: sustinete me.
Audite quippe volentis est: sustinere nolen
tis. Amici ergo eius si doceri appetūt audi-
ant: si autem irridere parati sunt: sustineant
que dicunt: quia videlicz superbis mentibus
pondus graue est oneris doctrina humilita
tis. Sequit. ℣ Numq̄d contra hominez di- Tex.
sputatio mea est vt merito non debeam con
tristari? Omnis qui deo placet: hoibus di-
splicet: causas tristicie nullas habet. Qui au- L
tem hoibus placens deo displicet: aut simul
deo ⁊ hoibus displicere se credit: si hunc tri-
sticia non afficit a virtute sapiētie alienꝰ exi-
stit. Beatus autez iob displicuisse deo inter
flagella se credidit: ⁊ idcirco animū ad tristi-
ciam reuocauit: quia despiciēdus non erat:
cui se displicuisse formidabat. Si autem ō vi
te sue meritis contra hominē disputaret: ne-
quaq̄ contristari debuisset: sed quia per fla
gella p̄sentia anceps factus de anteacta vi-
ta fuerat: in flagello tristiciā iure requirebat
Unde etiam subdit: ℣ Attendite me ⁊ ob- Tex.
stupescite. id est. ꝓsiderate que egi ⁊ āmira-
mini in hac ꝑcussiōe que patior. Qui adhuc
recte infert dicēs: ℣ Et supponite digitū ori Tex.
vestro. Ac si aperte dicat: Scientes bona q̄
egi ⁊ considerātes mala que patior: vosmet
ipsos etiaz a verboꝝ culpa compescite: atq̄
in meis ꝑcussionibus vestra damna formida
te. Uel certe quia digitis queq̄ discernim⁹
non incongrue per digitum discretio desig̃
tur. Unde ⁊ per ꝑs dicitur: Benedict⁹ dñs ps.17.
deus meus qui docet manus meas ad preli
um: ⁊ digitos meos ad bellum: per manus
videlicet operationē: per digitos vo discre
tionem signans. ℣ Cap̃.XVIII

A Digit⁹ ergo ori supponit: cum p di-
scretionez ligua refrenat: ne p hāc qd
loquit in stulticie culpā dilabat. Ait g̃: Su
perponite digitū ori vro. id est. locutioni ve
stre discretiōis vtutē adiūgite vt p hec que
recta contra hypocritā dicitis: quib⁹ sint di
cenda videatis. Sequit. ℣ Et ego qñ recor- Tex.
datus fuero pertimesco: ⁊ cōcutit carnez me
am tremor. Quibus iob actuū suoꝝ oblitus

non fuerat: extrema locutio eius ostendit. Qua ex re bñ qđ ab eo nunc amicis dicit: Et ego quãdo recordar fuero pertimesco: & ꝓcutit carnem meam tremor: constat nimirũ q̃ per irrisionẽ dicatur: Ac si apte diceret: Si me aliquid hypocrite habuisse meminero: i penitentie mox fletu ꝓtremisco. Carnem vo suam si recordatus fuerit tremore perhibet cõcuti. id est. infirmitatẽ operis vltionis pauore fatigari. Sed quia multa sophar de subita damnatione impĩj in quib⁹ beati iob ꝓtentiam momordit asseruit: sanctus vir contra eius dicta subiũgit dicens: Quare ergo impĩj viuunt: subleuati sunt ꝓfortatiq̃ diuitijs. Nisi enim eos patientia diuina toleraret: nequaq̃ diu vitam in peccatis ducerẽt. Subleuantur nanq̃ diuitijs: cum esse potẽtes incipiunt: ꝓfortant vo cuz diu in hac vita subsistere permittunt quos eni substantia eleuat: in sue fastu potentie dierum longitudo confortat. Vel certe subleuati & confortati referunt: quia subleuant honoribus confortant rebus. Sed sunt pleriq̃ q̃ & honoribus subleuati & diuitijs confortati: ea q̃ in hac concupiscũt vita accipiunt: successione autem sobolis priuant. Istis nimirũ ipsa sua potentia pena est: cum & magnã se habere hereditatẽ considerant: & heredes non habent quib⁹ relinquãt. Quid itaq̃ ꝓdest si assint omnia: & desint filij qui successores fiant. Sequit. ℣ Semen eoꝝ ꝑmanet coraz eis. In augmento magne felicitatis cũ magno patrimonio dantur & heredes: ac ne q̃ necessitas saltem temporis ab oculis subtrahat eos in quibus animus exultat: de bñ eorum semine dicit: permanet cora eis. Quid autem si filij dati sunt. Sed ipsi sterilitate feriuntur: sic in eis genus extinguit: sicut parentũ sterilitate extingui timebãt. Sequitur ℣ Domus eoꝝ ꝓpinquoꝝ turba & nepotum in ꝓspectu eorum. Ecce adest vita: assunt honores: et diuitie: assunt filij: assunt nepotes. Quid si qua mentem intestina cogitatio exurat: & securitatis gaudia domestica rixa trãsuberet. Que est mũdi huius felicitas: si leta non est. Sequit. ℣ Domus eorum secure sunt & pacate: & non est virga dei super illos. Secure & pacate sunt: quia peccantes viuũt. Lugenda agunt: & gaudia non relinquũt. Virga eos supne discipline non percutit: & tanto amplius in culpa proficiũt: q̃to minus exculpa feriunt. Sed quia intus que ꝓsperantur audiuim⁹: in agris quoq̃ que ꝓsperitas arrideat videam⁹. Sequit. ℣ Bos eoꝝ cõcepit & non abortiuit: vacca peperit & nõ est priuata fetu suo. Vulgaris locutiõis vsus est vt bouem masculũ: & vaccã feminã vocẽt: & litterature locutio bouẽ cõis generis appellat. Unde nũc dicit: Bos eoꝝ cõcepit & nõ abortiuit: vacca peperit & non est priuata fetu suo. Bñi gregum ꝑma felicitas si grex sterilitatẽ non habens concepit: secũda si ꝓceptus ad partũ venit: tertia aũt si hoc qđ partum est ꝓ nutrimẽta ad ꝓuectũ ducat. Ut & tota simul adesse impijs demõstraret: eoruz greges beatus iob asserit ꝓcepisse & nõ abortisse: peperisse: & fetu ꝓprio non esse ꝓuatos. Minor aũt est felicitas si cũ greges crescũt custodes quoq̃ gregum non proficiũt. Unde ad fecũditatẽ gregũ mox fecunditas familie subrogat: Nam dicit: Egrediũt q̃si greges paruuli eorum: & infantes eoꝝ exultant lusibus: vt sicut maiora ad habendũ ꝓcessa sunt: ita multi germinẽt ad custodiẽdũ. Sz quia dixit exultant lusibus ipsum quoq̃ infantũ lusum in domo iniquoꝝ ne vilem valde esse crederem⁹: subiũgens ait: Tenẽt tympanũ & cytharam: & gaudent ad sonitũ organi. Ac si patenꝰ dicat: Cum dñi honorib⁹ et rebus tument: subiecti in ludicris actibus gaudent: sed o beate vir quid tam multa nobis de iniquoꝝ voluptatib⁹ narras. Jam diu est qđ in eoꝝ desceptione loq̃ris: p⁹ multa breuiꝰ distingue q̃ sentis. Sequit. ℣ XIX Ducunt in bonis dies suos: & in pũcto ad inferna descẽdũt. Ecce beate vir eoꝝ gaudia diu narraueras: quõ nũc asserts q̃ in pũcto ad inferna descẽdãt: nisi q̃ ois longitudo tpis vite pñtis pũctus esse cognoscit: cũ fine terminat. Cũ enim ad extremũ quisq̃ perducit: de preterito iam nil tenet: quia tempora cũcta delapsa sunt. In futuro nil habet: quia vnius hore momẽtanõ restãt. Vita ergo que sic angustari potuit: pũct⁹ fuit: vt eni predixim⁹ in pũcto stillum ponimus & leuamus. Quasi ergo i pũcto vitam tetigit: qui hanc accepit & amisit. ꝑotest in puncto hoc quoq̃ intelligi: q̃ sepe hi q̃ diu i iniquitate tolerati sunt subita morte rapiunt: vt nec flere ante mortẽ liceat que peccauerũt. Sed q: nõnunq̃ etiaz vita iustoꝝ subito fine terminat: melius illud accipim⁹: si hoc de eoꝝ temporali vita sentiamus: quia quicquid transire potuit subitus fuit. Amicis aũt bti iob q̃ idcirco hunc iniustum esse crederũt: quia flagellatũ viderũt recte eiusdẽ sancti viri voce ꝺ iniquoꝝ flore et ꝓditione ostẽsum est: quia p̃sentis vite ꝓsperitas innocentie testis nõ est: q: multi ad ꝓhennẽ vitam ꝑ flagella redeunt: & pleriq̃

Tex. ad infinita supplicia perducẽdi sine flagello moriunt. De quibus adhuc subdit. ℣ Qui dixerunt deo: recede a nobis: hec verbis dicere vel stulti mime presumũt: sed tamen p/ uersi omnes a deo recedere nõ verbis ꝙ moribus dicunt: Qui enim illa agunt que deꝰ omipotens prohibet: quid aliud faciunt: qꝫ suum animũ contra omipotentem claudũt. Si/cut eius precepta cogitare: eum ad se introducere est: ita eius mandatis obsistere: eum a cordis inhabitatiõe repellere est. Dicũt ergo recede a nobis qui ei ad se aditus prebere recusant eũqꝫ prauis actibꝰ impugnant etiã si verbis laudare videantur. Dicunt etiam Scientiam viarũ tuarũ nolumꝰ eoipso quo L eius scientiã apprehendere ꝓtemnũt. Sunt nanqꝫ nõnulli qui ex eo qõ veritas dicit: seruus qui non cognouit voluntatẽ dñi sui ⁊ ñ facit digna plagis vapulabit paucis: ⁊ seruꝰ sciens voluntatẽ dñi sui ⁊ non faciens iuxta eam: vapulabit multis: nolunt scire qõ faciant: ⁊ quasi minꝰ se vapulaturos existimãt si nesciant qõ operari debuerũt: sed aliud ẽ nescisse: aliud scire noluisse. Nescit nanqꝫ q̃ apprehendere volet ⁊ non valet: qui autem vt nesciat aurẽ a voce veritatis auertit: iste non nesciens sed ꝓtemptor adijcit. ℣ XX

Via autez dei pax: via dei humilitas via dei patientia est. Sed quia hec oĩa iniqui despiciunt: dicunt scientiam viarum tuarũ nolumꝰ. Dũ enim in presenti vita superbiũt: dum honoribus inflantur dum etiam si non habent appetũt: vias dei in sua cogitatiõe ꝓtemnũt. Quia enim via dei in hac vita humilitas fuit ipse hic deus dñs redẽptor noster ad phẽa: ad ꝓtumelias: ad passionem venit: ⁊ aduersa huius mũdi eq̃nimiter pertulit: pspera fortiter vitauit: vt et pspera doceret eterne vite appeti ⁊ aduersa presentis vite non formidari. Sed q̃ iniqui gloriam pñtis vite appetũt ignominiã fugiunt: dicere memorant. Et sciẽtiã viarum tuarũ nolumꝰ. Scire quippe nolunt: qõ facere ꝓtemnũt. Quoꝫ adhuc verba subdũt Tex. cum dicit: ℣ Quis est oipotẽs vt seruiamꝰ ei? Sens enim hominis male exteriꝰ fusa sic in rebus corporeis sparsa est: vt neqꝫ ad semetipsam intus redeat: neqꝫ eũ qui est inuisibilis cogitare sufficiat. Unde carnales viri iussa spiritalia ꝓtemnẽtes: deũ quia corpaliter non vident q̃nqꝫ ad hoc pueniũt: vt etiam non esse suspicent. Unde scriptũ est: Dixit insipiens in corde suo: non est deus. Unde nũc quoqꝫ dicit: quis est oipotens vt seruiamus ei? Plerũqꝫ enim plus appetunt homines seruire hoibus quõs corpaliter vidẽt q̃ seruire deo quem non vident. Per omne enim qõ faciũt ad finem oculoꝝ tendunt: ⁊ q̃ in deo oculos corporis tendere non possunt ei obsequia prebere vel despiciũt: vel si ceperint fatigant. Esse enim sicut dictus est nõ credunt: quem corporalit̃ non intuent. Qui si auctorem oium deum humiliter quererent: id qõ non videt ei rei que videtur esse melius in semetipsis inuenirent. Ipsi quippe ex anima inuisibili ⁊ corpore visibili subsistũt: etsi hoc ab eis qõ non videtur abstrahit̃: illico corruit qõ videtur. Et patent quidẽ car/ L nis oculi: sed videre quicqꝫ vel sentire non possunt. Sensus enim visionis perijt: q̃ habitatorꝰ recessit: ⁊ domꝰ carnis remanet vacua: quia abscessit ille inuisibilis spiritꝰ: qui p eiꝰ respicere fenestras solebat. Quia ergo rebꝰ visibilibꝰ inuisibilia prestãtiora sunt: carnales quicqꝫ in semetipsis pensare debuerunt: atqꝫ per hanc vt ita dixerim scalam ꝓsideratiõnis tendere in deum: quia eo deus est q̃ inuisibilis pmanet: ⁊ eo summꝰ pmanet: q̃ comphendi nequaqꝫ potest. Sunt ẏo nonnulli qui deũ ⁊ esse ⁊ incõprehẽsibilẽ esse nõ ambigunt: qui tamen ab eo non ipsum ꝙ dona exteriora querũt: que cũ ei seruientibus deesse ꝓspiciũt: ipsi seruire ꝓtemnũt. De q̃ adhuc verbis adiungit. Et quid nobis prodest si adorauerimꝰ illum. cũ deus in oratione non querit̃: citius in oratiõe animꝰ lassat̃ quia cũ illa q̃qꝫ postulat que fortasse iuxta occultũ iudiciuꝫ deus tribuere recusat: ipse quoqꝫ venit ad fastidiũ qui nõ vult dare qõ amatur. Sed se magis dñs q̃qꝫ ea que condidit vult amari: eterna potius qꝫ terrena postulari: sicut scriptum est: Querite primũ regnũ dei: ⁊ hec omnia adijcient vobis. Qui Mat. 6. Luc. 12. eni non ait dabunt: sed adijcient: pfecto indicat aliud esse qõ principalit̃ datur: aliud qõ supaddit̃. Quia enim nobis in intentione eternitas: in vsu ẏo tempalitas esse debet ⁊ illud datur: ⁊ hoc nimirũ ex abũdantia supadditur: ⁊ tamen sepe hoies dum bona temporalia postulant: eterna ẏo premia nõ req̃runt: petunt qõ adijcit: ⁊ illud nõ desiderãt vbi adijciat. Nec lucrũ sue esse petitiõis deputant: si hic sint tempaliter paupes ⁊ illic beatitudine diuites in eternũ viuant: sed sollis vt dictũ est visibilibꝰ intẽti labore postulationis rẽnuunt inuisibilia mercari. Qui si superna quererẽt: iam cũ fructu laborem exhiberent: quia cum mens in precibꝰ ad auctoris sui speciem anhelat: diuinis desideriis inflammata supernis coniungit̃: ab inferio/

A

ribus separatur: amore feruoris sui se aperit vt capiat: & capiens inflammat: & superiora amare iam sursum ire est: dū q̄ magno desi/derio ad celestia inhiat: miro modo hoc ipsū q̄ accipere q̄rit degustat. Sequit. ℣ XXI

Ter. A QVerū tamen quia nō sunt in manu eo rum bona sua: consiliū eorum longe sit a me. Bona in manu habet: q̄ de/spiciendo tempalia sub dñio mentis premit Nam quisquis ea nimie diligit: se magis il/lis q̄ sibi ipsa supponit. Multi eteni iusto/rum in hoc mūdo diuites fuerūt rebus & ho noribus fulti: habere multa videbant: quo/rum mentem q̄ eor̄ que aderant delectatio nimia nō possidebat: bona illor̄ i māu erāt: quia potestate animi subiecta tenebant. At contra iniqui ita se totis desiderijs in exte/rior̄ rerū appetitiōib⁹ fundūt: vt non magis ipsi habita teneant: sed ab his que habēt ca ptiua mente teneant. Quia igitur non sunt

Ter. i manu eor̄ bona sua: recte subiūgit. ℣ Cō silium eor̄ longe sit a me. Quid nanq̄ est ini/quor̄ ꝓsiliū nisi terrenaz gloriā querere: eā/nā negligere: salutem tempalem cum dam/no interiori appetere: & dolores transitorios

B ad eternos gemitus cōmutare. Vir igit sanctus has iniquor̄ cogitatiōes intuens asp/netur & dicat: consiliū eor̄ longe sit a me: q̄ nimirū esse bonū incompabilit videt: ad bre ue tempus elegit hic sub flagello gemere q̄ eterne vltionis supplicia tollerare: sed neq̄ in hac vita hi qui in ea ꝓsperari appetūt: cō tinue ꝓsperant. ℣ Nam plerūq̄ eor̄ gaudia sub orti gemitus interrūpunt. Unde subdi/

Ter. tur. ℣ Quotiēs lucerna eor̄ extinguit. Se pe impius lucernam suam estimat filior̄ vi tam: sed cum filius qui nimie amat subtrahi tur: lucerna impij que videbat extincta est. Sepe impius p̄sentis honoris gloriā lucer/nam putat: sed dum ablata dignitate deiici/tur: lucerna extincta est: que ei iuxta deside riū lucebat. Sepe impius opes terrene sub stantie adesse sibi quasi magnā lumis lucer nam putat: sed cum irruēte damno diuitias quas plus se amat perdiderit: quid iste ali/ud q̄ lucernaz in cui⁹ lumine gaudebat ami

C sit? Qui ergo gaudere de eternis non appe tit: neq̄ hic vbi solidari vult: potest cōtinue letari. Nam quotiens lucerna impior̄ extin guit: vt supueniet eis inūdatio & dolores di uidet fuoris sui. Inūdatio impijs supuenit: cum dolor̄ fluct⁹ ex aliqua adūsitate patiū tur. Omnipotēs eni deus cum se despici & i terrena videt ꝓcupiscentia letari: hoc quoq̄ doloribus percutit: qđ sibi videt in cogitatiōe impij preferri. Bene autem dicit: & dolores diuidit furoris sui. Qui enim eternos dolo/res impio per retributionē seruat: & aliquā/do eius mentem etiam tempali dolore trans uerberat: quia hic quoq̄ & illic percutit: fu/

D roris sui super impiū dolores diuidit. Neq̄ enim pena presens que iniusti animū a pra/uis desiderijs non imutat: ab eternis suppli

Ps. 10. cijs liberat. Unde & per ps dicit: Pluit su/per peccatores laqueos: ignis: sulphur: & spi ritus procellarū pars calicis eorum. Dicen/do eteni laqueos ignis sulphur & spirit⁹ pro cellarū: multos nimirū dolores intulit. Sed quia ab his doloribus peccator qui non corri gitur ad eterna supplicia vocat: eosdem do lores & non iam totum calicem: sed partē ca/licis dixit: quia videlicet eor̄ passio hic qui/dem per dolores incipit: sed in vltione ppe/tua consumat. De quor̄ adhuc fine subiun

gitur. ℣ Cap̄. XXII

Ter. A ERunt sicut palee ante faciem venti: et sicut fauilla quā turbo dispergit. Iniquus cum in potestate conspicit: cū val de in oppressionib⁹ & violentijs effrenat: ab infirmor̄ cogitatiōibus grauis nimiū: & q̄si in hoc mundo radicat⁹ estimatur: sed cū di/stricti iudicis sententia venerit: omnes iniq̄ quasi palee ante ventum erunt: quia (vt ita dicam) ire flatu subito leuant atq̄ asportan tur ad ignez: quos hic in suis quondam pin/dicijs quasi duri ponderis supiacentē molē indigentiū lachrymę mouere non poterant: et ad rapientis iudicij manus leues sunt: qui

Ter. per iniusticiā proximis graues fuerunt. Et sicut fauilla quam turbo dispergit. Ante oi/potentis dei oculos iniqui vita fauilla est: quia etsi apparet ad momentū viridis: ab ei/

B us tamen iudicio iam ꝓsumpta cernit: q̄ cō sumptioni est eterne deputata. Hanc faulā turbo dispergit: quia deus manifest⁹ veniet de⁹ nr̄: & nō silebit: ignis i ꝓspectu ei⁹ arde/bit: & i circuitu ei⁹ tēpestas valida. Hui⁹ enī tēpestatis turbine ab eterni ꝓspectu iudicis iniq̄ rapiūt: & q̄ hic mentem deliderio quer/so solidauerāt: ibi palee & fauilla videbunt: quia eos ad eterna supplicia turbo rapiens

Ter. asportat. Sequit. ℣ Deus seruabit filijs il/lius dolorem patris: & cum reddiderit tunc sciet. Sciptum nouim⁹: qui reddis peccata Exo. 20. patrū in filijs ac nepotibus in tertiā & quar/tam ꝓgeniem. Et rursum scriptū est: Quid Exec. 18. est q̄ inter vos parabolā vertitis in prouer/bium istud in terra israel dicentes: patres co mederūt vuam acerbam: & dentes filior̄ ob stupuerunt. Viuo ego dicit dom⁹ deus: si

erit vobis vltra parabola hec in puerbium in israel. Ecce omnes anime mee sunt: vt anima patris ita ⁊ aia filij mea est: anima q̃ peccauerit ipa morieť. In vtraq; igitur hac sententia dum dissimilis sensus inueniť: auditoris animus vt discretionis viam subtiliť requirat instruiť. Peccatuz quippe originale a parentib⁹ trahimus: ⁊ nisi per gratiam baptismatis soluamur etiam parentuz peccata portamus: quia vnũ adhuc videlicet cum illis sumus. Reddet ergo peccata parentũ in filijs: dũ pro culpa parentis ex originali peccato anima polluiť prolis. Et rursum non reddit parentũ peccata in filijs: quia cuz ab originali culpa per baptismũ liberamur: iaz non parentũ culpas: sed quas ipi cõmittim⁹ habemus. Qđ tamen intelligi etiam aliť potest: quia quisquis praui parentis iniquitatem imitať: etiam ex eius delicto ꝓstringiť. Quisquis autem parentis iniq̃tatem nõ imitatur: nequaq; delicto illius grauať. Unde fit: vt iniquus filius iniqui patris non soluz sua: que addidit: sed etiam patris peccata p/soluat: cum vijs patris quibus iratum dñm non ignorat etiam suaz maliciã adiũgere nõ formidat. Et iustum est vt qui sub districto iudice vias parentis iniqui non timet imitari: cogatur in vita presenti etiam culpas parentis iniqui psoluere. Unde ⁊ illi: dictũ est Anima patris mea est: ⁊ anima filij mea est: Anima que peccauerit ipsa morieť: quia in carne nõnunq; filij etiam ex patris peccato perimunť. Veleto autem originali peccato: ex parentum nequicia in anima non teneť. Quid enim est qđ paruuli filij plerũq; a demonibus arripiunť: nisi q̃ caro filij ex patris pena mulctať. In semetipso enim percutiť pater iniquus: ⁊ pcussionis vim sentire ꝓtemnit. Plerũq; percutiť in filijs vt acrius vrať: et dolor patris carni filio⁹ reddiť: quatenꝰ per filio⁹ penas mẽs patris iniqua puniať. Cũ vo non paruuli sed iaz pfectiores filij ex parentum culpa feriunť: quid aliud aperte datur intelligi nisi q̃ illoz etiam penas luũt: q̃rum facta secuti sunt. Añ ⁊ recte dicit: vsq; ad tertiam ⁊ quartã pgeniem. Quis enim vsq; ad tertiam ⁊ quartaz pgeniẽ: eam quã imitanť filij parentũ vitam possunt videre: vsq; ad eos vltio extendiť: qui viderunt q̃ male sequerenť. ℣ Cap. XXIII

Et quia impioz oculos culpa claudit: sed in extremuz pena aperit: recte subiungiť. Et cum reddiderit: tunc sciet. Nescit enim impius mala qua fecit: nisi cuz pro eisdem malis puniri iam ceperit. Unde et per pphetam dicitur: Et tñmodo sola vexatio intellectum dabit auditui. Tunc nãq; intelligit qđ audiuit: cum se iam p contemptu vexari doluit. Hinc p balaam de semetipso dicit: Dixit homo cuius obduratus est oculus: dixit auditor sermonũ dei: qui visionem oipotentis intuitus est: qui cadet ⁊ sic operiunť oculi eius. Consiliũ quippe contra israelitas prebuit: sed post in pena vidit quid prius ex culpa cõmiserit. Electi autez quia nec peccare debeant puident: eis videlicet oculi ante casum patent. Iniquus vero post casum oculos aperit: quonã post culpam iam in pena sua conspicit: quia malum debuit vitare qđ fecit. De cuius inutili iam tunc sentẽtia subinferť. Videbũt oculi eius interfectionẽ suam: ⁊ de furore oipotẽtis bibet. Qui si in hac vita positus culpam suaz videre voluisset: de oipotentis postmodum furore non biberet. Sed qui hic auertit oculos a respectu criminis: illic declinare non valet sententiam dãnationis. Sepe vo hic q̃ supplicia eterna non metuũt: prauе agere p temporali saltem pcussione pertimescũt. Sz sunt nõnulli qui ita in iniq̃tate duruerũt: vt nec in ipsis metuant feriri que amant: dummodo que peruerse cogitauerint expleant. Unde hoc in loco de iniqui hui⁹ obdurationе subiũgiť. ℣ Quid enim ad eũ ptinet ð domo sua post se: aut si numerus mensiuz eius dimidieť. Neq; enim sic debem⁹ accipere: vt iniquus iste postea q̃ damnat⁹ eternis supplicijs fuerit: de domo sua. id ẽ. cognatis q̃s reliquerit mime cogitauerit: cuz p semetipsam veritas dicat: quia diues qui in inferno sepultus fuerat de q̃nq; fratrib⁹ quos reliq̃rat etiam in supplicio positus curã gerebat. Omnis nanq; peccator prudens erit in pena: qui stultus fuit in culpa: quia ibi iam dolore ꝓstrictus ad rationẽ oculos aperit: q̃s hic voluptate deditos clausit: ⁊ pena torq̃nte exigitur vt sapiat: qui excecante se superbia desipiebat. Cui tamen sua sapientia iam tunc mime pderit: quia hoc vbi operari iuxta sapientiã debuit tempus amisit. Pro sũmo hic nanq; bono ꝓcupiscit germen generis habere: domũ: familiã: ⁊ opib⁹ repleri ⁊ diu in hac carnis corruptiõe viuere. Sed si fortasse aliquid ad eius desideriũ veniat: qđ tamen obtinere non possit: nisi cum offensione ꝓditoris: eius animus ad paululũ perturbatur: cogitat quia si hoc egerit vnde offensam sui conditoris incurrat: in domo in filijs in vita percutiť. Sed superbia sua ptinus instigatus obdurescit: ⁊ quãlibet in domo

quamlibet i vita pcussionē sentiat: nequaq̄ curat: dūmodo que cogitauerit expleat: ⁊ q̄ usq̄ viuit voluptates suas pficere non desistit. Ecce enim domus eius pro culpa percutitur: ꝯ quid ad eum pertinet ō domo sua p̄ se. Ecce pro vltione prauī operis ea que eē potuit vite longitudo breuiat: ꝯ quid ad eū pertinet: si numer⁹ dierū eius dimidiet? Et in hoc ergo se peccator ꝓtra deū erigit: vbi deus oīpotens ei⁹ erectionē frangit: ⁊ nec illata pcussio mentē humiliat quā in deliberatione cōtra dñm obstinatio obdurat. Et no tandū q̄ grauis culpe reat⁹ sit ⁊ penā p culpa menti pponere: ⁊ tamen nec tormēti sub iugo ꝓditoris ceruicem cordis inclinare.

A Sed ecce cū hec aut/ ℣ Cap̄. XXIIII dimus cordi nostro questio oriē: cur oīpotens ⁊ misericors de⁹ in tantaz cecitatē cadere rationē mentis hūane pmiserit? Ne vo quisq̄ vltra quā debet occulta dei iudicia discutere p̄esumat recte subiungit

Tex: ℣ Nunq̄d deuz quispiam docebit scientiā qui excelsos iudicat? Cū ō his q̄ de nob agūtur ambigim⁹: debem⁹ alia q̄ nobis sūt certa conspicere ⁊ eam que de nostra nob incertitudine surrexerat cogitationis q̄relam placare. Ecce enim q̄ electos ad vitam flagella reuocant: ⁊ a malis actib⁹ reprobos nec flagella compescūt: oīpotentis dei iudicia supnos valde occulta sūt: ⁊ iniusta nō sunt. Ꝯtendam⁹ oculū mētis ad supiora: in illis aspicimus q: de nobis non habem⁹ qō iuste cōqueri debem⁹. Omnipotēs enī deus angelor⁹ merita discernēs: alios in eterna luce sine lapsu pmanē constituit: alios sponte lapsos a statu sue celsitudinis in eterne damnationis vltione pstrauit. Nobiscū igitur iniuste nil agit: qui ⁊ subtiliorē nobis naturā iuste iudicauit. Dicat ergo: Nūquid deū quispiam docebit scientiā: qui excelsos iudicat? Qui eni super nos mira facit: constat pculdubio quia de nobis scient omnia disponit.

B His itaq̄ p̄missis adiūgit: vbi human⁹ animus in requisitiōe fatigat. Nā subdit. Iste morit robust⁹ ⁊ sanus: diues ⁊ felix: viscera eius plena sunt adipe: ⁊ medulla ossa illius irrigant: alius vo morit in amaritudie anime sue absq̄ vllis opibus. Ista cum ita sint quis oīpotentis dei secreta discutiat: cur ꝯ ita esse permittat? Sed electis ⁊ reprobis vita quidem dispar est: carnis autem in morte corruptio dispar non est. Unde subiungit. Et tamen simul in puluere dormient ⁊ vermes operient eos. Quid ergo mirū si pspe/ritate vel aduersitate p̄sentis seculi dissimiliter ad momētū currunt: qui per corruptionem carnis ad terram similiter redeunt.

Ulla est ergo solūmo/ ℣ Cap̄. XXV do vita cogitāda: in qua cum resurrectione carnis ad finem dissimilem pertingit retributiōis. Que est iniq̄s salus aut robur: qui adeps diuites dum totum hic cū celeritate relinquit: quia illic retributio que nunq̄ relinqui possit inuenit. Sicut autem huius iniq̄ leticia transit ad penā: ita afflicti innocentis pena transit ad leticiam. Nec diuitie ergo debent mentem extollere nec inopia pturbare. Unde beatus iob inē damna rerum nulla admittit ad animū damna cogitationū: sed ad eos qui se in pcussiōe despiciunt: redarguēdo subiūgit dicēs: Certe noui cogitatiōes vestras: ⁊ lentētias contra me iniquas. Dicitis eni: Ubi est domus p̄incipis: ⁊ vbi tabnacula impior⁹? Impiū enim crediderāt: quem ablatis rebus temporalit destructū videbāt. Sed sanctus vir tanto eos alta ꝓsideratiōe diiudicat q̄to inter damna que ptulerat infracta rectitudine stabat. Quid eni ei foris rerum) dāna nocuerant: qui illum non amiserat quē interi⁹ amabat. Hoc vo qō dicitur: simul i puluere dormient ⁊ vermes operient eos: si quis forsitā accipere per allegoriā velit: explere breuiter possum⁹: si de iniquo hoc diuite ea que sunt iam dicta replicem⁹. Dicitur nanq̄: viscera eius plena sunt adipe. Sicut eni ex abūdantī cibo adeps: ita ex abūdantia reruz supbia nascit: que impinguat mentem diuitis dum eleuat animus supbientis. Supbia quippe cordis: quasi quedā pinguedo est crassitudinis. Unde quia pleriq̄ ex abūdantia peccata perpetrāt: per pphetaz dicit: Prodijt q̄si ps. 72. Lex. ex adipe iniq̄tas eor⁹. Sequit. ℣ Et medullis ossa illius irrigant. Amatores hui⁹ seculi quasi ossa habent: qñ in hoc mūdo fortitudine dignitatē possident. Sed si in exteriori dignitate desint: terrene ⁊ domestice diuitie q̄tum ad iudiciū suū ossa quidem habēt: sed medullas in ossibus non habēt. Quia ergo sic iste amator hui⁹ seculi exteriori potestate fulcit vt etiam interiori terrene domus abūdantia sagineatur dicit: ⁊ medullis ossa illius irrigant. Uel certe ossa sunt huius diuitis: prave ⁊ dure ꝓsuetudies: medulle vo in ossibus sunt ipsa desideria male viuendi: que neq̄ ex p̄uitatis satisfactiōe satiantur.

Aua desideria puersas ꝓsuetudines sua voluptatū delectatiōe ꝓseruant Sunt nōnulli q̄ in ℣ Cap̄. XXVI

hoc mundo diuitias non habent:sed habe/
re concupiscũt:elati esse appetunt : cũius in
hoc mundo qđ cupiũt obtinere non possint
et cum nullis rebus vel honoribus fulti sũt
per mala tamen desideria in conspectu inter
ni iudicis reos conscientia addicit. Talis ete
nim plerunq; ideo affligitur : quia ditescere
ac superbire non prevalet. De quo r subdi/
tur. Alius vo moritur in amaritudie anime
sue absq; vllis opibus. Ecce vnde diues su/
perbo corde r inaniter gaudet: inde pauper
alius superbo corde inanius affligit. Bene
autem de vtriscq subiungit :r tamen simul i
puluere dormient :r vermes operient eos.
In puluere enim dormire est:in terrenis de
sideriis oculos mentis claudere. Unde vni
cuiq peccanti r in culpa sua dormienti dici
tur: Surge qui dormis r exurge a mortuis:
et illuminabit te christ⁹. Vermes vo qui đ
carne nascunt eos simul operiunt:quia siue
diuitis siue pauperis superbientis animũ cu/
re carnales premunt: In rebus enī terrenis
pauper r diues reprobus:cũius non pari p
speritate fulciant:pari tamen anxietate tur/
bantur:quia qđ ille iam cũ metu habet: iste
cum anxietate appetit:r quia habere nõ va
let dolet. Dicatur ergo: Simul in puluere
dormient r vermes operient eos: quia etsi
non simul rebus temporalib⁹ subleuant si/
mul tamen in cura rerum temporaliũ mentis
torpore sopiunt:simulq; eos vermes operi/
unt:quia vel istum vt concupita habeat: vt
illum ne habita amittat carnales cogitatio=
nes premũt. Beatus autez iob: qui nec ha/
bitis rebus elatus fuerat:nec amissas cũ an/
xietate requirebat:quia nullis exteriorũ dã
ni cogitationib⁹ mordebat eum vermes cor
dis non operuerant. Et quia in terrena cu/
ra mentem suam non dereliquerat. nequaq; in
puluere dormiebat. Sequit. Certe noui
cogitatiões vestras:r sententias contra me
iniquas. Cum scriptum sit: Quis scit homi
nũ que sunt hominis : nisi spiritus hominis
qui in ipso est:qua ratiõe nũc dicit: certe no
ui cogitationes vestras:Sed tũc spirit⁹ ho/
minis ignoratur ab altero:cũ verbis vel ope
ribus non demonstrat. Nam cũ scriptuz sit
Ex fructib⁹ eorum cognoscetis eos: per h
qđ foris agitur:quicqđ intus latet aperitur
Unde recte quoq; per Salomonem dicit:
Quomodo in aquis resplendẽt vultus pro/
spicientiũ:sic corda hominũ manifesta sunt
prudentib⁹. Proinde beatus iob cum ami/
corum colloquentiũ cogitationes nosse se di
ceret adiunxit: Et sententias contra mę iniqs
vt ex patenti re ostenderet:quia hoc qđ i eis
latebat inuenisset. Unde ipsas quoq; eorũ
iniquas sententias adiungit dicẽs: Dicitis Tex.
enim: Ubi est domus principis r vbi taber
nacula impiorũ. Infirmi quiq; q̃ in hoc mũ/
do florere appetunt: r sicut magna mala:sic
flagella pertimescũt:in eis quos flagellatos
aspiciunt culpas ex pena metiunt. Quos ei
percussos cernunt:deo displicuisse suspicant.
Unde amici beati iob quem percussum vide/
runt impium crediderũt: videlicet estiman/
tes:quia si impius non fuisset:eius taberna
cula permanerent. Sed ista non cogitat : nisi
qui adhuc infirmitatis tedio laborat: qui in
presentis seculi delectatione gressum cogita/
tionis figit:qui transire ad eternam patriaz
perfectis desideriis nescit. Unde bene sub/
iungitur. Interrogate quẽlibet đ viatori Tex.
bus r hec eadem illum intelligere cognosce
tis:quia in diem perditionis seruatur malus r
ad diem furoris ducitur. Cap̃.XXVII

Epe etenim diu diuina patiẽtia tole A
rat:quos iam ad supplicia p̃scita cõ/
demnat:permittit florere:quos adhuc
cernit deteriora perpetrare. Quia enī videt
ad quam damnatiõis foueam tendant: hoc
eis pro nihilo esse existimant :qđ hic peruer
si relinquẽda multiplicãt: sed quisquis p̃sen
tis vite gloriam diligit:magnam esse felicita
tem deputat:hic p̃m votum florere: cũius co
gatur postmodũ supplicia eterna tolerare.
Solus ergo ille cõspicit nihil esse qđ iniqu⁹
floret:qui iam gressum cordis ab amore pre/
sentis seculi lamouit. Unde recte cum de se/
quenti damnatiõe impij dicerẽt p̃mittitur.
Interrogate quẽlibet de viatorib⁹ r hec ea
dem illum intelligẽ cognoscetis. Viator q̃p/
pe đr: qui presentẽ vitam viã sibi esse r non
patriam attendit:qui in dilectione p̃tereun/
tis seculi cor figere despicit: qui non remanẽ
re in transeuntib⁹:sed ad eterna puenire cõ/ B
cupiscit. Qui enī in hac vita viator esse non
appetit:huius vite p̃spera mĩme contemnit
etea que ipse desiderat cum abundare alijs
viderit miratur. Unde dauid ppheta quo/
niam a dilectione presentis seculi iam corde
transierat: iniqui gloriam describens dice/
bat: Vidi impiũ superexaltatũ r eleuatum Ps.36
sicut cedros libani. Sed quia cor huic mun/
do non subdidit:hunc iure despexit dicens:
Transiui r ecce non erat. Esset quippe ali/
quid in eius estimatione impius: si ipse ab h
seculo per intentionẽ mĩme trãsisset. Sed is
qui non transeunti magnũ aliquid esse tran/
seunti animo quam nil esset apparuit:qr duz

Ephe.5.

B

Tex.

1.Cor.2.

C

Wat.7.

Pro.27

eterna retributio cogitat̃ p̃sens gloria quã sit nulla cognoscit. Hinc moyses cum super
Exo.3. ne ꝓtemplatiõis gloriã quereret dixit: Trã/siens videbo visionem. Nisi enī gressuꝫ cor dis a seculi amore remouisset: nequaq̃ intel/ligere superna potuisset. Hinc hieremias lu
Jere.1. ctum cordis sui ꝓsiderare deposcens ait: O vos omnes qui transitis per viam: attendi/te ⁊ videte si est dolor sicut dolor meꝰ. Qui enī p̃sentem vitam non quasi viam transe unt: sed ipsi quasi patriã attendũt: luctũ cor dis electoꝝ ꝓsiderare nesciũt. Illos ergo vt dolorem suũ ꝓsiderent exquirit: quos in hũ mũdo contingit animũ non fixisse. Hinc per
Prou.31. salomonē dicit: Aperi os tuũ muto: ⁊ cau/sis oium filioꝝ qui ptranseunt. Muti enim dicunt qui predicatoꝝ verbis ꝓtradicendo mime resistunt: qui etiam ptranseũtes sunt: quia intentionē mentis in amore vite p̃sen
C tis figere dedignant. Igitur quia malus ad diem pditionis seruat̃: vt ad diē furoris du citur: hoc non nisi qui est viatoꝝ intelligit: q̃/niam qui coꝝ in p̃sentiꝰ figit que iniquo ser/uantur supplicia non depḧendit. Be q̃ ad/huc subdit. V Quis arguit coram eo viã eiꝰ
Tex: et que fecit: quis reddet illi? Sepe malus in/dignationē conditoris sui quam in eternum passurus est: ⁊ in hac quoq̃ vita positus ex peritur: dum p̃speritatē quam amat amittit et aduersitatē quam formidat inuenit. Et q̃/uis increpari de suis prauitatiꝰ a iustorum lingua etiam in prosperis valeat: scimus ta/men qđ cum facta sua puersum quemq̃ deꝰ/ciũt iustoꝝ increpatio ꝓualescat. Qua autē ra/tione nũc dicit: quis arguit coram eo viaꝫ eius dum etiam iustis tacentiꝰ hoc quoq̃ notum sit: quia totiens hic iniqui via argui/tur quotiens eius p̃sperita⁊ interueniēte ad
A uersi ate turbatur. V Cap̃. XXVIII Sed beatus iob dum de omni malo/rum corpore loqueret: subito ad oī/um iniquoꝝ caput verba ꝓuertit. Vidit enī q̃ in fine mũdi sathan hominem ingrediens quem sacra scriptura antichristuꝫ appellat: tanta elatione extollit: tanta virtute p̃cipa tur: tantis signis ⁊ pdigijs in sctitatis osten sione eleuatur: vt argui ab homine eius fa/cta non audeant: quia cum potestate terro/ris adiungunt etiam signa ostense sanctita/tis: ⁊ ait: Quis arguet coram eo viam eius? Quis videlicet hominũ illum increpare au/deat: cuius visum ferre ptimescit? Sed tamē eius viam non solũ helias ⁊ enoch qui i eius exprobratiõe ad mediũ reducunt: sed etiam omnes electi arguũt dum ꝓtemnũt: dũ vir/tute mentis eius malicie resistũt. Sed quia hoc ex diuina gratia ⁊ non suis viribꝰ faciũt recte nũc dicit: Quis arguet coram eo viaꝫ B
eius? Quis eteni nisi deus: cuiꝰ adiutorio ele cti vt resistere valeant fulciunt. Aliqñ enim in scriptura sacra: cum interrogãdo quis po nitur: oipotens designat. Unde scriptũ est Quis suscitabit eum? De quo per paulũ di/citur: Quem deus suscitauit a mortuis. In
Gal.1. eo ergo q̃ sancti viri eius iniquitati ꝓtradi/cunt: non ipsi sunt qui viam eius arguũt ꝑ ille est ex cuius gratia ꝓfortant. Et quia pre sentia eius qua in homine ventur⁹ est: mul/to atrocior in psecutione erit: q̃ nũc cum mi nime cernitur: quia specialiꝰ adhuc illo vase suo ꝓpꝛio non gestat: bene dictum est coraꝫ eo. Multi enī nunc vias antichristi diiudi/cantes corripiũt: sed hoc quasi in eius absen tia faciũt: dum illũ arguũt quem adhuc spe/cialiter non intuent. Cuꝫ vo in illo dãnato C
homine venerit: quisquis eius p̃sentie resi/stit: coram eo viam eius arguit: cuius vires et ꝓspicit ⁊ contemnit. Vel certe viam eius arguere est: ꝓsperitatem cursus eius eterno supplicio interueniēte turbare. Qđ quia so/lus dñs ꝓpꝛia ⁊ virtute factuꝰ est: de quo scri/ptũ est: Quem dñs iesus interficiet spiritu
2.Thes.2. oris sui: ⁊ destruet illustratione aduẽtus sui recte dicitur: Quis arguet coram eo viã eiꝰ. Uñ ⁊ sequit. V Et que fecit: quis reddet illi? Tex.
Quis nimirũ: nisi dñs? Qui solus illi perdi to homini que fecit reddet: dum potestatem eius iam validam per aduentum suũ eterna damnatiõe ꝓtriuerit. Sed elatꝰ iste p̃ncepꝰ malorꝝ in hac vita q̃diu est positꝰ: qđ agat audiamꝰ. Sequit. V Cap̃. XXIX Tex.
Ipse ad sepulchra ducet: ⁊ in congere A
mortuorꝝ vigilabit: qꝛ sepulchra mortuos tegũt: quid aliud per sepulchra q̃ reproborꝝ corpora signant: in quibꝰ extin/cte a vita beatitudinis anime velut in sepul/chris latẽt? Iniquus g̃ iste ad sepulcra du/cetur: qꝛ in prauorꝝ cordibꝰ recipiet: qm̃ soli eũ illi suscipiũt: in quibꝰ mortue a deo anime reperiunt. Be q̃ recte etiam dũ eiꝰ supplicia
Ezec.32. describunt: per pphetã dicit: In circuitu il lius sepulchra eꝰ: omnes interfecti: ⁊ qui ce ciderũt gladio. Illi quippe in inferno iuxta ipsum sunt: in quibus isdem maligꝰ spiritꝰ mortuus iacet: qui iniq̃tatis eius gladio per
ps.4 cussi ceciderũt. Unde scriptũ est: Qui libe/rasti dauid seruũ tuũ de gladio maligno: re/ce autem dicit: Et in congerie mortuorꝝ vi/gilabit: qꝛ nũc in ꝓgregatione peccãtiũ astu/tie sue insidias exerit. Pro eo autem quia in

mũdo raritas bonorũ est: ⁊ multitudo malorum recte mortuorũ congeries nominat: vt ipsa iniquorum multitudo signetur. Lata ei via est que ducit ad pditionẽ ⁊ multi sunt q̃ ingrediunt per eam. Sathane itaq; in congerie mortuor̃ vigilare est in reprobor̃ cordibus malicie sue astucias exercere. De quo adhuc subdit. ℣ Bulcis fuit glareis cocyti Greca lingua cocytus luctus dicit: qui tam luctus feminarũ vel quorũlibet infirmantiũ solet intelligi. Sapientes vo hui⁹ seculi a luce veritatis exclusi: quasi vmbras quasdam de veritatis inq̃sitione tenere conati sũt. Un de cocyton fluuiũ currere apud inferos putauerũt: videlicet designantes q̃ hi qui dignа dolorib⁹ opera faciunt in infernũ ad luctum decurrũt. Sed nos despiciamus vmbram carnalis sapientie: qui iam de veritate lucem tenem⁹: ⁊ cognoscamus voce bti viri cocyton luctum infirmantiũ dici. Scriptũ quippe est: Uiriliter agite: ⁊ ꝓfortetur cor vestrum. Qui eni in deo ꝓfortari rẽnuũt: ad luctum per anime infirmitatẽ tendunt. Glareas vo lapillos fluminũ appellare ꝓsueum⁹ quos aqua defluens trahit. Quid ergo per glareas cocyti: nisi reprobi designant: q̃ suis voluptatib⁹ dediti quasi semper a flumine ad ima detrahunt? Qui enim contra voluptates huius seculi stare fortiter nolũt glaree cocyti fiunt: quia suis quotidie lapsibus ad luctũ tendunt: vt in eternũ post lugeant: qui modo se in suis voluptatib⁹ delectabiliter relaxant. Et quia antiquus hostis suum vas illum reprobũ hominẽ ingressus: dum dona puersis tribuit: dum eos in hoc mundo honorib⁹ extollit: dũ eor̃ oculis pdigia ostendit: dum fluxe mentes hunc in suis pdigijs ãirant ⁊ sequunt: bene de eo dicitur: Bulcis fuit glareis cocyti. Cũ enim hũc electi despiciunt cum mentis calce ꝓtemnũt illi eum sequentes diligunt q̃ velut ab aqua voluptatis ad perpetuũ luctum trahunt: q̃ per terrenam ꝓcupiscentiã more glaree quotidianis lapsib⁹ ad ima dilabũt. Alijs nãq; gustum sue dulcedinis per superbiam: alijs per auariciam: alijs per inuidiã: alijs per fallaciam: alijs per luxuriaz porrigit: ⁊ ad q̃ta viciorum genera pertrahit: quasi tot sue dulcedinis potus ꝓpinat. Nam cum aliq̃d supbum in mente persuadet: fit dulce q̃ dicit: quia videri prelatus ceteris homo puersus appetit. Cum menti auariciã infundere molitur fit dulce q̃ occulte loquit: quia p abũdantiam necessitas vitatur. Cum aliquid ꝺ inuidia suggesserit: fit dulce q̃ dicit: quia puersa mens dum aliũ deterius ditescere viderit: exultat se vt eo minor possit mine videri. Cũ aliquid de fallacia psuadet: fit dulce q̃ suggerit: q; eoipso q̃ fallit ceteros prudens videtur sibi. Cũ luxuriã decepte menti loquitur: fit dulce q̃ suadet: quia in voluptate animũ resoluit. Quot ergo vicia carnaliũ cordib⁹ inserit: quasi tot potus sue eis dulcedinis porrigit. Qui tam vt predixi ei⁹ dulcedinẽ non percipiũt: nisi qui p̃sentibus voluptatib⁹ dediti ad perpetuũ luctũ trahũtur. Bene ergo dicit: Bulcis fuit glareis cocyti: qua amar⁹ electis: ⁊ suauis est reprob. Illos eni solũmodo suis delectatiõib⁹ palscit: quos q̃tidianis lapsibus ad gemitũ impellit. Sequitur. ℣ Cap. XXX

Et post se omnẽ hominẽ trahit ⁊ ante se inumerabiles. Hoc loco homo humana sapiens dicit: Sed cum plus sint omnes q̃z innumerabiles: querendũ est nob cur ante se inumerabiles ⁊ post se omẽs trahere dicatur: nisi q̃ antiquus hostis reprobum tunc hominem ingressus cunctos quos carnales inuenerit sub sue iugũ dictiõis rapit? Qui ⁊ nunc priusq̃z appareat inumerabiles quidez: non tamen omẽs carnales trahit: quia quotidie a carnali opere ad vitam multi reuocant: quia ad statum iusticie: alij per breuem: alij vo per longam penitentiaz redeunt. Et nunc inumerabiles rapit: cũ falsitatis sue stupenda hominib⁹ signa non exhibet. Cũ vo coram carnaliũ oculis miranda eis pdigia fecerit: post se tũc non inumerabiles: sed oẽs trahet: q; qui bonis p̃sentibus delectant potestati illius se absq; retractione subijciunt. Sz sicut p̃fati sum⁹: q; pl⁹ est omnẽ hominẽ q̃z inumerabiles trahere: cur prius dicit: q; omnẽ hominẽ trahit: ⁊ p⁹ in augmento inumerabiles subijciunt. Ratio nanq; expetit: vt prius q̃ min⁹ est: ⁊ p⁹ in augmẽto q̃ maius est diceret. Sed sciẽdum q; hoc loco plus fuit inumerabiles dixisse q̃z oẽs. Post se eni omnẽ hominez trahit: q; in tribus annis ⁊ dimidio oẽs quos i studijs vite carnalis inuenerit iugo sue damnationis astringit. Ante se vo inumerabiles traxit: quia per q̃nq; milia ⁊ adhuc amplius annorũ curricula: q̃uis carnales omẽs trahere minime potuit: multo tamẽ plures sunt i tam longo tpe hi quos ante se inumerabiles rapit: q̃z oẽs quos in tam breui tpe rapiẽdos inuenerit. Bene ergo dicit. Post se oẽz hoiez trahit ⁊ ante se inumerabiles: quia ⁊ tũc minos tollit cum omnes tulerit: ⁊ nunc amplius diripit: cũ corda omniũ non iuadit. Hec

beatus iob quia cõtra iniquoꝝ pncipẽ mire
ꝺ sseruit qui in hac vita extolli pmittit: sed i
aduentu ꝺñi destruet: de se patenter osten/
dit: quia flagella ꝺñica non ex offensione su/
sceperit: quoniã si iniquus quisq; in hac vi/
ta pmittit ꝓsperari: necesse est vt electus dei
debeat sub flagelli freno retineri: ex qua re
Lex. amicos arguit dicens: ℣ Quomõ igit ꝓso/
lamini me frustra: cũ responsio vestra repu/
gnare ostensa sit veritati. Amici beati iob cõ
L solari non poterant in quo suis sermonibus
veritati ꝓtraibant. Cunq; hũc hypocritam
vel impiũ dicerent: per hoc qꝺ ipsi mentien/
tes perpetrabãt culpã: augebãt pculdubio
penam iusti vulneribꝰ afflicti. Nam sancto/
rum mentes quia veritatẽ diligũt: etiam cul
pa fallacie torquet aliene. Quãto eni graue
mendacij esse crimen aspiciũt: tanto hoc nõ
solum in se sed etiam in alijs oderunt.

℣ Sancti Gregorij Liber XVI

℣ Capitulũ I

A

Job La XXII.

QVi contra veritatis verba in allegatio
ne deficiunt: sepe etiaz nota
replicant: ne tacẽdo victi vi
deantur. Unde eliphas bti
iob sermonibꝰ pressus ea dicit que nullus ig
norat. Ait eni: ℣ Nunqꝺ deo cõparari po/
test homo etiam cũ pfecte fuerit scientie. In
compatione eni dei scientia nostra ignoran/
tia est. Ex dei nanq; participatiõe sapimus
non compatione. Quid ergo mirũ cuz illud
quasi per doctrinã dicit: qꝺ scire potuit etiã
si taceret. Qui adhuc dei potentiã quasi de
fendendo subiũgit: Quid ꝓdest deo si iustꝰ
fueris: aut quid ei confers si imaculata fue/
rit via tua? In omni quippe qꝺ bene agimꝰ
ps.15. nosmetipsos non aũt ꝺñm iuuamꝰ. Unde ei
per psalmistã dicit: Dixi ꝺño deus meus es
tu: qñ bonoꝝ meoꝝ non eges. Ipse eni ve
re nobis ꝺñs: quia t vtiq; deus est: qui bo/
no non indiget seruientis: sed bonitatẽ con/
fert quã recipit: vt oblata bonitas non ipsi
B sed prius accipientibꝰ: t post reddentibꝰ p/
Mat.25 sit. Nam etsi in iudicio ꝺñs venies dicit: q;/
diu fecistis vni de his fratribꝰ meis mimis
mihi fecistis: mira hoc pietate loquit ex suo
rum compassiõe membroꝝ. Et ipse nos per
hoc qꝺ caput nostrũ est adiuuat: qui per no
stra bona opera in suis membris adiuuatur
Adhuc adiũgit eliphas qꝺ nullus ignorat
Lex. dicens: ℣ Nunqꝺ timẽs arguet te: t veniet
tecũ ad iudiciũ? Quis hoc vel desipiens vl
insipiens sentiat: qꝺ ꝺñs ex timore nos ar/
guat: t ex metu iudiciũ contra nos suũ pro/
ponat. Sed qui verba sua metiri nesciũt p/
culdubio ad ociosa dicta dilabunt. In qui/
bus si se mime reprehendũt: statim ad noxia
et ꝓtumeliosa verba prosiliunt. Unde eli/
phas qui i ociosa intulit: ad ꝓtumeliosa proti
nus verba prorupit dicens: Et non ꝑpe ma L
liciam tuam plurimaz: t infinitas miqtates
tuas. Ecce a torpenti corde ad verba venit
ociosa: ab ociosis autem verbis per crimen
fallacie ad ꝓtumelias exarsit. Isti qppe sunt
casus culpe crescẽtis: vt lingua cũ non restri
gitur: nequaq; vbi ceciderit iaceat: ꝫ semper
ad deteriora descendat. Ea vo que subiun/
cta sunt: quia valde iuxta histoziam patent:
exponẽda ad litteram non sunt. Sed quia
amicos beati iob hereticoꝝ speciem tenere
diximus: ipsum vo significationẽ sancte ec/
clesie gerere: iam nũc eliphas verba quomo
do hereticoꝝ falsitati congruant demonstre
mus. Nam sequit. ℣ Abstulisti eni pignus Lex.
fratrũ tuoꝝ sine causa: t nudos spoliasti ve
stibus. Aquam lasso non dedisti: t esurienti
subtraxisti panem. In fortitudie brachij tui
possidebas terram: t potẽtissimꝰ obtinebas

A

IN scriptura sacra ℣ Cap.II (eam.
pignoris appellatione aliquãdo do
na spũssancti: aliquãdo vo signatur
ꝓfessio peccati. Pignus nanq; accipit donũ
spũssancti: sicut per paulũ dicit: Qui dedit . 2.Cor.5
nobis pignus spiritũ. Ad hoc eni pignꝰ acci
pulus eductus in heremo occubuit: quia de specto manna cibos carniũ petijt: quos lau ciores putauit. Et prima filiorum heli culpa suborta est: quod ex eorum voto sacerdotis puer non antiq̃ more coctas vellet de sacrifi/ cio carnes accipe: sed crudas quereret q̃s ac curatius exhiberet. Et cũ ad hierusalẽ dicit. Hec fuit iniquitas sodome sororis tue: superbia: saturitas panis ⁊ abũdantia aque: apte ostendit: q̃ idcirco salutẽ perdidit: quia cuz superbie vitio mensuram moderate refectio nis excessit. Et p̃mogenitoz gloriã esau ami sit: quia magno estu desiderij: vilem cibum id est. lenticulam concupiuit: quã dũ vendẽ dis etiam p̃mogenitis p̃retulit: quo in illaz appetitu anhelaret indicauit. Neq̃ enĩ cib⁹ sed appetitus in vitio est. Unde ⁊ lautiores cibos plerunq̃ sine culpa sumimus: ⁊ abie/ctiores non sine reatu conscientie degusta/ mus: hic quippe quem diximus esau prima tum per lenticulam perdidit: ⁊ helias in he/remo virtutem spiritus carnes edẽdo serua/uit. Unde ⁊ antiquus hostis quia non cibũ sed cibi ꝯcupiscentiã esse causam damnatiõis intelligit: ⁊ primũ sibi hominem non carne: sed pomo sbdidit: ⁊ scõm non carne: sed pa/ne temptauit. Hinc est: q̃ plerunq̃ culpa cõ mittitur: etiam cum abiecta ⁊ vilia sumunt. Neq̃ enim adam solus: vt a vetito se pomo suspenderet p̃ceptum phibitionis accepit Nam cum alimenta quedaz saluti nostre cõ traria indicat: ab his nos quasi per sentẽtiaz vetat. Et cum ꝯcupiscẽtes noxia attingim⁹ profecto quid aliud q̃ vetita degustamus. Ea itaq̃ sumenda sunt: que nature necessi/tas querit: ⁊ non que edendi libido suggerit Sed magnus discretionis labor est huic ex/actori ⁊ aliquid impendere: ⁊ aliquid dene/gare: ⁊ non dando gulam restringere: ⁊ dan do naturam nutrire. Que fortasse discretio subinfert cum dicitur: Clamorem exactoris non audit. Sermo nanq̃ huius exactoris ẽ necessario postulatio nature. Clamor ꝟo ei⁹ est mensuram necessitatis transiens appeti/tus gule. Hic itaq̃ onager exactoris huius sermonem audit clamorem non audit: qz di/scretus vir ac continens ⁊ vsq̃ ad temperã/dam necessitatem ventrem reficit: ⁊ a volu/ptate restringit. ¶ XXVIII

Ciendũ ꝟo est: quia sic voluptas sb necessitate se palliat: vt vix eam pfe/ctus quisq̃ discernat. Nam dum solui debi/tum necessitas petit: voluptas expleri desi/derij suppetit: ⁊ tanto gulã securi⁹ in p̃ceps rapit: q̃to sb honesto noie necessitatis explẽ de se ꝓtegit. Sepe autem in ipsa edendi via furtiue adiũcta voluptas sbsequit: nõnũ q̃z vero impudent libera etiam p̃reire conatur Facile autem est deprehẽdere: cum volup/tas eius necessitatem p̃euenit: sed valde est difficile discernere cũ in ipso esu necessario se occulta sbiũgit. Nam quia p̃eunte nature appetitũ sequitur: quasi a tergo veniens tar/dius videtur. Eo enim tempe quo necessita ti debitum soluit: quia per esum voluptas necessitati miscet: quid necessitas petat: ⁊ q̃d sicut dictum est voluptas suppetat ignorat. Sepe vero ⁊ discernim⁹: ⁊ quia vtrãq̃ p experientiam sibi coniunctam nouim⁹: in hoc q̃ extra metas rapiunt: libet vt sciendo fal/lamur: ⁊ dum sibi mens ex necessitate blan/ditur ex voluptate decipit. Scriptũ q̃ppe ẽ Carnis curã ne feceritis in desideriis. Que igitur fieri in desiderio phibetur: in necessi/tate conceditur: Sed sepe dum incaute ne/cessitati condescendim⁹: desideriis deseruimus. Nõnunq̃ vero dum desideriis immoderatius obuiare nitimur: necessitatis miseri as augemus. Sic enim necesse est: vt artem quisq̃ continẽtie teneat: quatin⁹ non carnez sed vitia carnis occidat. Nam dum plerũq̃ dũ plus iusto caro restrigit: etiã ab exercitatione bonoꝝ eneruat vt ad oratiõnem q̃z vel predicationem non sufficiat: dum incen/tiua vitiorũ in se funditus suffocare festinat. Adiutorem quippe habemus intentionis i/terne hunc hominem quem exterius gesta/mus ⁊ ipsi insunt mot⁹ lasciuie: ipsi effectus suppetũt opationis bone. Sepe ꝟo dum in illo hostem inseq̃mur: etiam cuem quem di ligimus trucidamus: ⁊ sepe dum quasi ꝓci/ui parcim⁹: ad p̃lium hostem nutrim⁹. Eisdem nanq̃ alimentis vitia superbiũt: quib⁹ nutrite ꝟtutes viuũt. Et cum virtus alitur plerũq̃ vires vitijs augentur. Cũ ꝟo imensa ꝓtinentia vitioꝝ vires extenuat: etiã vir/tus deficiẽs anhelat. Vñ necesse ẽ: vt interi/or hõ nr̃ equus q̃dem arbit̃ p̃sideat int̃ se et eũ quẽ exteri⁹ gestat: q̃tin⁹ ei hõ suus exte riorꝝ debitũ misteriũ seruire sufficiat ⁊ nũq̃ superbe libera cervice ꝺdicat: nec moueat si q̃d suggerẽdo sbmurmurat dũmodo eũ sem per supposita calce dñationis p̃mat. Sicq̃ fit vt dũ repssa vitia reniti q̃dem nobis pati mur: ⁊ tñ hec nobiscũ ꝓgredi ex eq̃ phibe/mus: nec vitia ꝺ ꝟtutẽ p̃ualeãt: nec rursum ꝟtus cũ vitioꝝ oĩmoda extinctiõe succũbat Nã in ea re sola elatio funditus extinguit: qz q̃uis victorie seruiat ad edomandam tñ co/gitationũ supbiã ꝓtinua nob pugna seruat.

Unde bene hic q; vnusquisq; vir ꝓtinens ꝛ debite necessitati ꝓgruit: ꝛ violẽte voluptati ꝓtradicit voce dñica dicit: Clamorem exactoris non audit. Quia autẽ discret⁹ vir eo ad intelligenda supiora se eleuat: q̃ in se carnis incentiua castigat: recte post ꝓtemptum exactoris clamorẽ sb̃dit: ℣ Circũspicit montes pascue sue. Montes pascue sunt: alte cõtemplationes interne refectionis. Sancti ei viri q̃to magis se exterius despiciẽdo deiecti unt: tanto ampli⁹ inteꝛi⁹ reuelationũ ꝓtemplatione pascunt. Añ scriptũ est: Ascensus in corde eius disposuit in ꝓualle lachrymaꝝ q; quos exterius in fletu ꝓtinet ꝓuallis humilitatis: eos inteꝛi⁹ sb̃leuat ascensus ꝓtemplatione pascue suauiter reficiũt: q; illic interno ꝓtemplatiõis rore pinguescũt. Que q; largiẽte deo in omni nos certamie ꝓtegũt: recte circũspici dicũtur: Undiq; eni nob adesse circũspicim⁹: q̃ꝝ defensiõe ꝓtra aduersarios ex oi latere munimur. Possunt adhuc montes pascue accipi alte sentẽtie scripture sacre: de q̃bus p psalmistam dicit: Montes excelsi ceruis: q; hi q̃ iaz dare ꝓtemplatiõis salt⁹ nouerũt: altos sniarũ diuinarũ vertices q̃si cacumia montium ascendũt. Ad que pfecto cacumia: q; infirmi puenire nõ valent: recte illic subditur:

℣ Petra refugiũ erinaciis: q; videlz inualidos nõ sb̃limit intelligẽtia exercet: sed sola i christo fides humilit ꝓtinet. Sequit. ℣ Virentia quesq; pquirit. Virentia q̃ppe sunt oia que tpaliter ꝓdita vẽturo sine iocũditate vite pñtis q̃si estiuo sole siccant. Virentia aũt sunt vocata: que nulla tpalitate marcescũt. Huic g̃ onagro virentia pquirere ẽ: sctõ vni cuiq; viro despectis reb⁹ trãsitoriis in eternũ mãsura desiderare. Cũcta vo hec q̃ de onagro dicta sunt: intelligi etiaz aliter pñt. Que repetito supiore versu exponim⁹: vt lectoris iudicio q̃ eligẽdũ crediderit relinq̃m⁹. Igitur postq; p̃dicatoꝝ dispẽsatio sb̃ ceruaruꝝ ptextu descripta ẽ: vt ostenderet p quẽ hec eadẽ virt⁹ p̃dicatiõis daꝛ: ilico cõmemoratio de dñica incarnatiõe sb̃nectit vt dicatur

℣ Quis dimisit onagrũ liberũ. Nec indignũ q; iudicet p tale aial incarnatũ dñm posse figurari: dũ ꝓstet oib⁹ q; p significationez quandaz in scptura sacra ꝛ vmis ꝛ scarabe⁹ ponat: sicut scriptũ est: Ego aũt sum vmis ꝛ non homo. Et sicut apud septuaginta interꝓtes p ppbetam dict: Scarabeus de ligno clamauit: Cũ ergo noiatis rebus tam abiectis ꝛ vilib⁹ figurat: quid de illo ꝓtumeliose dicit: de quo ꝓstat q̃ ppꝛie nil dicat. Vocatur eteri agnus: sed ppter innocentiam. Vocat leo: sed ppter potentiã. Aliq̃n etiaz serpenti compatur: sed ppter sapiam: Atq; ideo per hec oia dici figuraliꝛ potest: quia ō his oibus credi aliquid essentialiꝛ nõ potest Si eni vnũ horum q̃libet essentialiꝛ existeret: alterũ iam dici non posset. Nam si agn⁹ ppꝛie diceret: leo iam vocari non poterat. Si leo ppꝛie diceret: serpens signari nõ posset: Sed hec in illo oia dicim⁹ tanto latius in figura: q̃to longius ab essentia. Potest ergo onager incarnatũ dñm designare. Agreste quippe animal est onager. Et quia incarnatus dñs gentilitat⁹ magis q̃ iudee ꝓfuit animale corpus assumẽs q̃si non in domũ sed potius in agrum venit. De quo agro gẽtilitatis per ps. dicit: Species agri mecum est. Incarnat⁹ itaq; dñs qui in forma dei eq̃lis est patri: forma serui minoꝛ ẽ patre: quia

℣ Dominoꝛ est etiam seipso. ℣ Xxx Ꝺ Jcatur ergo a patre de filio sm formam serui. Quis dimisit onagrũ liberũ ꝛ vincula eius quis soluit? Omnis q̃ pe qui peccat seruus est peccati. Et quia in carnatus dñs particeps factus est nostre nature non culpe: liber dimissus dicitur: q; sub peccati dominio non tenetur. De quo alias scriptum est: Factus est inter mortuos liber Inter mortuos liber dimissus dicitur: q; naturã nostrã suscipiens: iniquitatis iugo nullo modo teneꝛ. Quem q̃uis macula culpe nostre nõ attigit: passio tamẽ nre mortalitati astrinxit. Unde ꝛ postq; liber dimissus dicitur: recte de illo adiungit: ℣ Et vincula eius quis soluit? Vincula eius quippe tũc soluta sunt: cũ infirmitates passiõis illius in resurrectionis sunt gloriam cõmutate. Quasi q̃daz vincula dñs habuit: ea que nos nequitie merito patimur: nostre mortalitatis infirma: q̃ bus ꝛ vsq; ad mortem sponte ligari se voluit: ꝛ que p resurrectionez mirabiliter soluit. Esurire eni: sitire: lascessere: teneri: flagellari: crucifigi: nostre mortalitatis vinculũ fuit. Sed cũ expleta morte velũ templi rũperet: scinderent petre: monumẽta panderent: inferni claustra patescerent: quid aliud tot argumentis tante ꝛtutis ostendit: nisi q̃ illa infirmitatis vincula soluebant. Ut is q̃ ad suscipiendam serui formam venerat: in ipsa serui forma ab inferni vinculis absolutus ad celum etiam cum membris liber rediret. Decelum etiam cum membris liber rediret. De quibus eius vinculis petrus attestatur dicens: Quẽ deus suscitauit solutis doloꝛibus

inferni: iuxta quod impossibile erat illum te/
neri ab eo. Et quia post mortez suam atq; re
surrectionē ad gratiam fidei gentilitatē voca
Tex. ri dignatus est: postq̄ dicta sunt soluta eius
vincula apte subiungit: ¶ Cui dedi in soli/
tudine domū: ⁊ tabernacula eius in terra sal
suginis. In gētilitate eni in qua patriarcha
non fuit: ꝓpheta non fuit: ad intelligendum
Esa. 35. deum qui ratione vteretur homo pene ñ fu/
it. De hac solitudine per esaiam dicit: Leta/
bitur deserta ⁊ inuia: ⁊ exultabit solitudo: ⁊
Esa. 51. florebit quasi lilium. Et rursuz de ecclesia di
citur: Ponet desertū ei⁹ quasi delitia: ⁊ so/
litudinē eius quasi hortuz dñi. Terra vero sal
suginis hec eadem solitudo repetita est: que
prius q̄ veram dei sapientiā cognosceret sal
suginem protulerat: quia nullam viriditatē
boni intellectus ꝓferens: peruersa sapiebat
C Domū ergo in solitudine ⁊ tabernaculū in
terra salsuginis accepit: quia incarnatus ꝓ
hominib⁹ deus derelicta iudea gentilitatis
Ps. 2. corda possedit. Unde ei patris voce per pro
phetam dicit: Postula a me ⁊ dabo tibi gē/
tes hereditatem tuam: ⁊ possessionem tuam
terminos terre. Quia iuxta hoc qd deus est
cum patre dat oīa: iuxta hoc vero qd hō est: a
patre accipit omnia: sicut scriptū est: Pote/
Luc. 10. statem dedi ei ⁊ iudicium facere: quia filius
hominis est. Et rursum scriptū est: Sciēs qr
Jo. 6. omnia dedit ei pater in manus. Uel sicut ip/
se dicit: Omne qd dat mihi pater ad me ve/
niet. Jam vero si querit quid inter domuz ac
tabernaculū distet: domus in habitatiōe est
tabernaculū in itinere. Corda itaq; gentiliū
quasi quedam tabernacula habuit venien/
do: sed ea per iusticiam firmās: domum fecit
Tex. habitādo: ⁊ quia eoꝝ vitam ad quos vene
rat imitari despexit recte dicitur: ¶ Contē/
nit multitudinē ciuitatis. id est. mores despi
cit humane ꝯuersationis. Homo quippe in/
ter homines factus: vsum tenere hominum
D noluit. Idcirco nanq; int nos homo fact⁹ ē:
vt non solū nos sanguīe fuso redimeret: sed
etiam ostenso exemplo cōmutaret. In ꝯuer
satione igitur nostra ⁊ veniēdo alia inuenit:
et viuendo alia docuit. Studebant eni om/
nes suꝑba adam stirpe ꝓgeniti ꝓspera vite
pñtis appetere: ⁊ aduersa deuitare: obpro/
bria fugere: gloriā sequi. Uenit int eos dñs
incarnatus aduersa appetēs: ꝓspera spernēs
opprobria amplectēs: gloriam fugiens. Nam
cum iudei illum regem sibi constituere volu
issent fieri rex refugit. Cū vero eum interficere
molirentur: sponte ad crucis patibuluz ve/
nit. Fugit ergo quod omnes appetūt: appe/
tijt quod omnes fugiunt. Sed cum fugit qd
omnes appetunt: appetijt qd omnes fugiūt
fecit qd omnes mirarent vt ⁊ mortuus ipse
resurgeret: ⁊ morte sua alios de morte resu/
scitaret. ¶ XXXI

A Due quippe vite sunt hoīs in corpo/
re ꝯsistentis: vna ante mortem: alia
post resurrectionē. Quarū vnam oēs agen/
do nouerāt: alterā nesciebāt: ⁊ hūanū genus
soli huic quaz nouerat intendebat. Uenit ꝑ
carnem dñs: ⁊ dū suscepit vnā alterā demō/
strauit. Dum hanc nobis cognitam suscepit
illam que nobis est icognita ostendit. Mo/
riendo quippe vitam exercuit quā tenemus
resurgendo aperuit: quam querimus: exem
plo suo nos docens q̄ hec vita quaz añ mor
tem ducimus non ꝓpter se amanda sit: ꝫ ꝓ/
pter alteram toleranda. Quia ergo noua cō
uersatione vsus inter homies: mores baby/
lonie secutus non est: bene de eo scriptū est:
Contēnit multitudinē ciuitatis. Uel certe q̄
multos ꝑ spaciosam viam vagātes deseruit
et ꝑ angustā gradiētes paucos elegit. Mul B
titudinē nanq; ciuitatis ꝯtemnere est: hūa/
ni generis partem que latam viā ingreditur
que ⁊ ꝓ abundantia iniq̄tatis multa est a re
gni sui sorte reprobare. Sequit. ¶ Clamo/ Tex.
rem exactoris non audit. Sicut supra dictū
est: quis hoc loco exactor accipi: nisi diabo/
lus potest: qui male suadendo spem contu/
lit imortalitatis: sed decipiendo exegit tribu
tum mortis: qui suadendo intulit culpam: se
uiendo exegit penam: hui⁹ exactoris sermo
est: ante mortem homis astuta ꝑsuasio. Cla
mor eius est: violenta iam rapina post mor/
tem. Quos enim ante mortem latent interci
pit: hos ad supplicij sui consortiū post mor/
tē violent rapit. Sed quia ad mortem veni
ens dñs huius exactoris violentos impet⁹
non expauit: sicut ipse ait: Uenit eni ꝑnceps C
huius mūdi ⁊ in me non habet quicq̄ bñ di
citur: Clamorez exactoris non audit. Uenit
quippe ad eum exactor humani generis: qr
illum hominem vidit. Sed quem infirmita/
te despectum hominem credidit: vtute suꝑ
hominem sensit. Huius nimirum exactoris Gen. 31.
typum laban tenuit: quando cum furore ve
niens sua apud iacob idola req̄siuit. Laban
quippe int̄pretat dealbatio. Dealbatio aūt
nō inconuenient diabolus accipit: q̄ cum
sit tenebrosus ex merito trāsfigurat se velut
angelum lucis. Huic seruiuit iacob. id est. ex
parte reproboꝝ iudaicus ppl's: cuius ex car
ne incarnatus dominus venit. Potest etiaz
ꝑ laban mundus hic exp̄mi: qui cum furore

iacob persequit: quia electos quosq; qui redemptoris nostri membra sunt persequēdo opprimere conatur. Huius filiaz. id est. siue mundi siue diaboli iacob abstulit: cum sibi christus ecclesiā ex gētilitate ꝓiunxit. Quaz et de domo patris abstrahit: qz ei ꝑ ꝓphetā dicitur: Obliuiscere populū tuū ⁊ domū patris tui. Quid ꝙ in idolis: nisi auaricia designatur? Unde per paulum dicit: Et auaricia que est idolorum seruitus. Laban ergo veni⁹ apud iacob idolū non inuenit: quia ostensis mūdi thesauris: diabolus in redemptore nostro vestigia ꝓcupiscentie terrene ñ reperit. Sed que iacob nō habuit: ea rachel sedendo cooperuit. ℙer rachel quippe que et ouis dicitur ecclesia figurat. Sedere autem est humilitatem penitentie appetere: sicut scriptū est: Surgite postq̄ sederitis. Rachel ergo idola sedēdo operuit: qz sctā ecclesia christū sequens terrene ꝓcupiscētie vitia penitēdo texit. De hac coopatiōe vitioz ꝑ psalm stā dicit: Beati quoz remisse sunt iniquitates: ⁊ quorum tecta sunt peccata. Nos igitur rachael illa signauit: qui idola sedēdo premim⁹: si culpas auaricie penitēdo damnamus. Que vticq; auaricia illis nō solet euenire qui in via dñi viriliter currunt: quibus dicit: Uiriliter agite ⁊ confortet cor vestrū sed his maxime: qui quasi effeminato gressu gradientes per blandimenta seculi resoluūt. Unde ⁊ illic eiusdem rachelis hec ꝙba sunt Juxta ꝙuetudinem feminarū nunc accidit mihi. Apud iacob ḡ idola labā nō repperit: quia exactor callidus quid in redemptori nostro reꝓhenderet nō inuenit: de quo exactore redēptori nr̄o gentilitatē ab eius dñio liberanti dicit per ꝓphetā: Jugū eni oneris eiꝰ et virgā humeri eius: ⁊ sceptrū exactoris eiꝰ supast⁹: sicut in die madian. Eripiens q̄ppe gentilitatem dñs superauit iugum oneris eius cum eam aduentu suo ab illo demoniace tyrannidis seruitute liberauit. Supauit virgam humeri eius: cū ꝓcussionē illius que experuerso opere grauiter deꝓmebat ab hūano genere redemptor compescuit. Supauit sceptrū exactoris eius: cuz regnū eiusdē diaboli qui ꝓ pestifera perpetratiōe vitioruz exigere consueuerat debita tributa penaruz de fideliū corde destruxit. ⁊ XXXII

Ed quō hec acta sūt audiam⁹. Subiunctū est ilico sicut in die madian. Nō ab re arbitror si hoc madianitarū bellū qō in compatione aduentus dñici a ꝓpheta vigilanter illatum est: aliq̄nto latius differamus. In libro quippe iudicum gedeon contra madianitas dimicasse describit. Is cū exercitus multitudinē ad bella produceret: diuina illi admonitione preceptū est vt ad fluuium veniens omnes quos flexis genibus aquas haurire conspiceret a bellor conflictu remoueret. Actumq; est vt trecenti viri tm̄modo q̄ stātes manib⁹ aq̄s hauserant remanserint. Cum his ad prelium pgit eosq; non armis sed tubis lampadib⁹ ⁊ lagenis armauit. Nam sicut script⁹ est. Accensas lampades miserunt intra lagunculas ⁊ tubas in dextera lagenas autem in sinistra tenuerūt et ad hostes suos cominus venientes cecinerunt tubis: ꝙ fregerūt lagūculas: lampades apparuerunt: ⁊ hinc tubarū sonitu: illinc lāpadarū chorusca tiōe territi hostes sunt in fugum conuersi. Quid hoc est ꝙ tale belluz ꝑ ꝓphetam ad medū adducit ⁊ aduentū redemptoris nostri istius pugne victoria comparat? An indicare ꝓpheta nobis studuit ꝙ aduentū redemptoris nostri contra diabolū illa suo gedeon duce; ugne victoria designauit. Talia illic nimirū acta sunt: que q̄ tomagis vsum pugnandi transeūt tanto amplius a ꝓphetandi mysterio non recedunt. Quis eni vnq̄ cum lagenis ⁊ lampadib⁹ ad prelū venit? Quis contra arma veniens: arma deseruit. Ridicula nobis hec ꝓfecto fuerant si terribilia hostibus non fuissent. Sed victoria ipsa testante didicim⁹ ne parua hec q̄ facta sunt perpendam⁹. Gedeon itaq; ad prelium veniens redemptoris nostri signat aduentū: de quo scriptū est: Tollite portas ꝓncipes vestras ⁊ eleuami porte eternales: et introibit rex glorie. Quis est iste rex glorie? dñs fortis ⁊ potes dñs potēs in ꝓlio hūc redemptorē nostrū non solū ope: sed et nam nomine ꝓphetauit. Gedeon nanq; interpretat circuiens in vtero. Dominus enim noster ꝑ maiestatis potentiam omnia circumplectit: et tamen per dispensationis gratiā intra vterum virginis venit. Quis est enim circuicens in vtero nisi omnipotens deus sua dispensatione nos redimens: d⁹ unitate cuncta complectens: ⁊ humanitatē intra vterum sumēs in quo vtero ⁊ incarnatus fuit ⁊ clausus nō fuit. Quia ⁊ intra vterum fuit per infirmitatis substantiā ⁊ extra mundū per potentiaz maiestatis. Madian vero interpretat ō iudicio. Ut enim hostis eius repellēdi destrudendiq; essent non de vitio repellentis: sed ō iudicio iuste iudicantis fuit. Et idcirco de iudicio vocant qz aliena a gra redemptoris iuste damnationis meritum erīā in vocabulo nominis trahunt. ⁊ XXXIII

A Contra hos gedeon cū trecentis p/
git ad prelīū. Solet in cētenario nu/
mero plenitudo pfectiōis intelligi.
Quid ḡ p ter ductū centenariū numerū desi
gnat nisi pfecta cognitio trinitatis? Cū his
quippe dñs noster adūsarios fidei destruit:
cū his ad p̄dicatiōis bella descēdit: q̄ pñt di
uina cognoscere: q̄ sciūt de trinitate q̄ de⁹ est
pfecta sentire. Notandū ꝙ o ē: q̄ iste trecen/
tor̄ numer⁹ in tau littera ꝓtinet: que crucis
spēm tenet. Cui si sup trāsuersaz lineā id qō
in cruce eminet adderet nō iam crucis spēs
s ipsa crux esset. Qui ḡ iste trecentor̄ nume
rus in tau littera continet ꝛ p tau litteram si
cut diximꝰ species crucis ostendit: non ime/
rito in his trecentis gedeonē sequētibus illi
Lu.9. designati sunt quibus dictuz est. Si quis vult
post me venire abneget semetipsum: ꝛ tollat
crucem suam ꝛ sequat me. Qui sequētes do
minū tanto verius crucez tollūt: q̄to acrius
Ezech.9. B et se edomant ꝛ erga proximos suos charita
tis compassione cruciant. Unde ꝛ per eze/
chielem prophetam dicit: Signa tau super
frontes virorum gementiū ꝛ dolentiū. Vel
certe in his trecentis qui in tau littera conti/
nentur hoc exprimitur qō ferrum hostium
crucis ligno separetur. Ducticz sunt ad flu/
uium vt aquas biberent ꝛ qui aquas flexis
genibus hauserunt: a bellica intentione re/
moti sunt. Aquis nāq doctrina sapiētie: stā
te autez genu recta operatio designat. Qui
ergo dum aquas bibunt genu flexisse phibē
tur a bellorū certamine prohibiti recesserūt:
quia cum illis christus contra hostes fidei p
gīt ad prelīū: qui cū doctrine fluenta hauri/
unt rectitudinem operū non inflectunt. Om
nes quippe tūc bibisse aquam sed non omēs
recto genu stetisse narrati sunt: reprobati sūt
Ro.2. q̄ genua dum aquas biberent inflexerūt: q̄
attestante apostolo non auditores legis iu/
sti sunt apud deum sed factores legis iu/
stificabunt. Quia eniz vt diximꝰ: dissolutio
Hebre.12. operum in ipsa genuū incuruatione signat:
C recte rursum per paulum dicitur: Remissas
manus ꝛ dissoluta genua erigite: ꝛ gressus re
ctos facite pedibus vestris. Hi ergo christo
duce ad bellum procedunt: quia hoc qō ore
annūciant opere ostendunt: qui fluenta do/
ctrine spiritualit̄ hauriunt nec tamen in pra/
Mt.15. uis operibus inflectuntur carnaliter: quia si
cut scriptum est. Nō est speciosa laus in ore
peccatoris. Item ergo est ad prelium cū tu/
bis: cuz lampadibꝰ: cum lagenis. Inusitatꝰ
iste vt diximus fuit ordo preliandi. Lecine/
rūt tubis ꝛ sinistris lagene tenebant. Hinc
tubis: intra lagenas autem sunt misse lampa
des: confractis vero lagenis lampades ostē
se sunt: quarum choruscante luce hostes ter
riti in fugam vertuntur. Designatur itaq i
tubis clamor predicantiū: in lampadibꝰ cla/
ritas miraculorūz: in lagenis fragilitas cor/
porum. Tales quippe secum dux noster ad
predicationis prelium duxit: qui despecta sa/
lute corporum: hostes suos moriendo pster
nerent: eorumcz gladios non armis: non gla
diis sed patientia superarēt. Armati eni ve/
nerūt sb duce suo ad prelīū martyres nostri
sed tubis sed lagenis sed lampadibꝰ. Qui so
nuerūt tubis dū predicant: confregerūt lage
nas: dū soluenda in passione sua corpa hosti
libus gladiis opponūt: resplenduerūt lam/
padibꝰ dū post solutionem corporū miracul'
choruscauerūt. Horq hostes in fugaz cō/ B
uersi sūt: quia dū mortuorū martyrū corpora
miraculis choruscare conspiciūt luce verita
tis fracti quod impugnauerāt crediderunt.
Cecinerūt ergo tubis vt lagene frangerent:
lagene fracte sūt: vt lampades apparerent:
apparuerūt lampades vt hostes in fugā ver
terent. id est, predicauerūt martyres: donec
eorum corpora in morte soluerent: corpora
eorum in morte soluta sūt: vt miraculis cho/
ruscarent: choruscauerūt miraculis: vt ho/
stes suos ex diuina luce pternerent: quati/
nus nequaq deo erecti resisterent sed eū sbi
diti formidarent. Et notandū q̄ steterūt ho/
stes ante lagenas: fugerūt ante lampades: q̄
nimirū persecutores sancte fidei predicator̄/
bus adhuc in corpore positis restiterūt: post
solutionem vero corporū apparentibus mi/
raculis in fugam versi sunt: quia pauore cō/
territi a persecutione fideliū cessauerūt. Pre
dicationem scilicet tubarum: fractis lagenis
corporum visis timuerunt lampadibus mi/
raculorum. V XXXIIII

A Intuendū est etiam id qō illic scptuz
est: quia in dextera tubas lagenas i
sinistra tenuerunt. Pro dextero enim ha/
bere dicimur: quicquid pro magno pensa
mus: pro sinistro vero: quod p nihilo du/
cimus. Bene ergo illic scriptum ē: q̄ in dex/
tera tubas: lagenas autem in sinistra tenue/
runt quia christi martyres p magno habēt
predicationis gratiam: corporum vero vtili/
tatem p mimo. Quisquis eni plus facit vti/
litatem corporis q̄z gratiā predicatiōis: in si/
nistra tubam: atq in dextera lagenam tenet
Si eni pori loco grā p̄dicatiōis attēdit: ꝛ po
steriori vtilitas corporis: certum est quia de
xtris tubę ꝛ sinistris lagene teneāt. Hic ait

Mat.5. dñs in euangelio ait: Neq; accendũt lucernam ⁊ ponũt eam sub modio sed sup candelabꝝ. In modio enim cõmoduꝫ temporale in lucerna autem lux p̃dicationis accipit. Lucernã ergo sb modio ponere ẽ: ppter temporale cõmodum gratiam p̃dicationis absconderẽ: qõ nemo vtiq; electorum facit. Et bene illic additur: sed supra candelabꝝ. In candelabro enim status corporis ꝺsignatur: cui lucerna superponitur dum eidem corpori cura predicationis antefertur. Bene itaq; p̃ pphetam dictum est: Sceptrũ exactoris eius supasti sicut in die madian. Sed quia exponendi pphetici testimonij gratia lõge digressi sumus: ad operis nostri ordinẽ reũtamur. Igitur postq; dictum est: Clamorẽ exactoris nõ audit: quia videlicet antiq; hostis insidias dñs in carne manifestaꝫ despexit: quid etiam de electis suis fecerit recte subiungit: dicẽs: ℣ Circũspicit mõtes pascue sue. Mõtes accipimus omnes elatos huius seculi: q̃ in corde suo altitudie terrena tumuerũt. Ex quia etiam tales dñs ecclesie sue corpori cõuersos inuiscerat: eosq; a priori elatione cõmutans in sua membra transformat: isti mõtes pascue eius sunt: quia nimirũ de conuersione errantium: ⁊ de superboꝝ humilitate satiatur sicut ipse ait: Meus cibus est vt faciam voluntatẽ eiꝰ qui me misit. Et sic̃ apostolis ad predicationem missis precepit dicens: Operamini non cibum qui perit sed qui pmanet in vitam eternam. De his mõtibus p̃ pphetam dicit: Non repellet dñs plebem suam: quoniam in manu eius sunt omnes fines terre: ⁊ altitudines montium ipse conspicit. Altitudines enim montium elatiões sũt vtiq; superboꝝ. Quas dñs conspicere dicitur. id est: ab iniquitate sua in melius cõmutare. Conuertit nanq; dñs eum quem cõspicit. Unde scriptum est: Conuersus dñs respexit petrum. Et recordatus est petrus verbi dñi sicut dixerat: Quia priꝰ q̃ gallus cantat ter me negab: ⁊ egressus foras fleuit amare. Et sicut salomon ait: Rex qui sedet in solio iudicij dissipat omne malum intuitu suo. De hoc respectu montium rursum per prophetam dicitur: Mõtes sicut cera fluxerũt a facie dñi: quia post peruersitatis sue duriciam diuina formidine liquefacti: ab illo prius rigido tumore substrati sunt. Intuenduꝫ etiam q̃ non ait inspicit: sed circumspicit mõtes pascue sue. In iudea quippe incarnatus est dñs: que posita in medio gentium fuit. Atq; ideo circumspexit montes: quia elatos huius seculi circumquaq; positos ex gentilitatis vniuersitate collegit. In his itaq; montibus pascitur: quia bonis opibus conuiuoꝝ quasi herbis virentibꝰ satiat. Hinc est q̃ ei sponse voce in canticis canticoꝝ dicit: Indica mihi: vbi pascas: vbi cubes in meridie. Pascitur quippe dñs cum bonis nostris actibus delectatur. Cubat vo in meridie: cum ex desideriis carnalibus ardẽti corde repro boꝝ apud electoꝝ suoꝝ pectora refrigeriuꝫ inuenit cogitationis bone. Mens enim q̃dez matheus fuerat: quando i thelonei lucris tumebat. De quo ⁊ scriptum est: Quia postq; credidit inuitato in domũ suam dño quiuuꝫ magnũ fecit. Mons itaq; iste huic onagro virentis pascue herbas p̃tulit: quia ⁊ foris eum quiuio: ⁊ intus epulis virtutum pauit. Nõ adhuc plẽissime explet cũ sbd'ẽ. Uirẽtia quecq; pquirit. Arentia enim deserit: ⁊ virentia quecq; pquirit. Arentia nanq; corda sunt hominũ: que in huiꝰ seculi spe peritura plãtata eẽnitatis fiduciã nõ hñt. Uirẽt autẽ que illi hereditati inherẽt: de qua petrꝰ apostolus dicit: In hereditatẽ incorruptibilẽ: et incontaminatã. ⁊ imarcessibilez. Tãto enim quisq; vere virentes sunt: q̃nto in hereditatis imarcessibilis sorte cogitatiõis radicẽ figunt tia extrinsecus mũdi huius desideria fugat Quisq; itaq; intrisecus arere formidat: ait ẽ Quisquis a dño pquiri desiderat: eternam patriam appetens: in interna cordis plantatione viridescat. Hec autẽ de onagro exposita sub duplici intellectu sufficiant. Lectoris vo iudicio relinq̃ndum est: q̃d magis duxerit eligendũ. Et si vtriusq; expositiõis intelligentiam fortasse despexerit: libenter ipse lectorẽ meũ subtilius veriusq; sentientẽ velut magistrũ discipulꝰ sequar: quia mihi ppie donatũ credo: quicq̃d ullum me melius sentire cognosco. ℣ XXXV

Omnes enim qui fide pleni de deo aliquid sonare nitimur: organa veritatis sumꝰ: ⁊ in eiusdẽ veritatis ptate est: vtrũ p me sonet alteri: an p alterũ mihi. Ipa q̃p pe auditio i medio nri etiã nõ eq̃ viuẽtibꝰ omnibus equa est: ⁊ sepe alium tangit: vt bene audiat q̃ per alium ipsa sonuerit: sepe vo aliũ tangit: vt bene quod ab alijs audiatur sonet Sepe doctori verbum pro gratia tribuitur auditoris: ⁊ sepe propter auditoris culpam subtrahit sermo doctori. In his ergo que vbertim predicat doctor: nulla elatione se efferat: ne fortasse non p̃ sua: sed p̃ auditoris gratia eius repleatur lingua: ⁊ i his que doctor sterliter dicit: auditor non succẽseat: ne fortasse doctoris lingua: non pro sua: sed pro

auditoris reprobatiõe torpescat. Pro audi/
toris nanq; gratia datur bonus etiam malis
sermo doctorib⁹: sicut potuerunt phariseis
B suppetere verba predicatiõis: de quib⁹ scri/
ptum est: Omnia ergo quecũq; dixerint vo
bis seruate & facite: sm vo opera eorum no
lite facere. Propter auditor⁹ vo reprobatio
nem bonis etiam doctorib⁹ sermo subtrahi
Ezech.3. tur: sicut ad ezechielem contra israel dicitur
Linguam tuam adherere faciaz palato tuo
et eris mutus: nec quasi vir obiurgãs: quia
domus exasperãs est. Aliquãdo autem ser/
mo predicationis ppter vtroscz datur: ali/
quando ppter vtroscz subtrahit. Propter
Act.27. vtroscz enim datur: sicut diuina voce paulo
apud corinthios dicit: Noli timere: sed loq̃/
re. Et paulopost: Quia populus multus est
in hac ciuitate. Propter vtroscz vo subtra/
hitur: sicut heli sacerdos & prauam filiorum
cognouit actionẽ: & dignam increpatiõis nõ
exercuit vocem: cum pfecto futurũ esset vt i
mortis supplicio: & istos reatus flagicij: & il/
C lum silentij pena mulctaret. Inter hec igit
cum vel pro quo sermo detur: vel ppt quez
subtrahatur ignoram⁹: vnum est salubre re/
mediũ: nec de his que alijs magis accepim⁹
nosmetipsos extollere: nec de eo alteruz qõ
minus acceperit irridere: sed fixo humilitat⁹
pede grauiter & constanter incedere: q; in hac
vita tanto veracius docti sum⁹: cõto doctri/
nam nob a nobismetipsis suppetere nõ posse
cognoscim⁹. Cur ergo quilibet de doctri/
na superbiat: que occulto iudicio: vel cui q̃n
do detur vel quãdo cui subtrahat ignorat:
Quãuis eni securitati timor semper longe vi
deatur abesse: nobis tamen nihil est securi⁹:
cõ sub spe semper timere: ne incauta mens:
aut desperando se in vitijs deijciat: aut ex/
tollendo de donis ruat. Ante districti eni ac
pij iudicis oculos: cõto de se sub spe humili⁹
trepidat: tanto in illo robustius stat.

Sancti Gregorij Liber XXXI

Capitulum I

a IN paradiso sano homini diabolus inui/
dens superbie vulnus infli/
xit: vt qui mortem non acce
perat conditus: mereret elatus. Sed quia diuine potentie suppetit: non
solũ bona de nihilo facere: sed ea etiã ex ma/
lis que diabolus ppetrauerat reformare: cõ
tra hoc inflictũ vuln⁹ superbientis diaboli me
dicina apparuit int hoies humilitas dei: vt
auctoris exẽplo hũilitati surgerent: q; imita/
tione hostis elati ceciderũt. Cõtra q̃ superbiẽ/
tem diabolũ apparuit int hoies hõ fact⁹ hu
milis de⁹. Hũc potẽtes hui⁹ seculi. i. mẽbra
diaboli superbiẽtis eo despicabilẽ credidert: q̃
humilẽ despexerũt. Vuln⁹ eni cordis eorum
cõtomagis tumuit: tãto ampli⁹ medicamẽtũ
vite desperit. Repulsa igit a vulnere superbo
rũ medicina nra puenit ad vuln⁹ humiliũm
Infirma q̃ppe mundi elegit de⁹ vt confundat
fortia: actũ est cũ paupib⁹: qđ postea di/
uites elati mirarent. Nam dũ nouas in illis
vtutes aspiciũt: eorum quoz prius contem
pserе vitam postmodũ obstupuere miracla.
Unde mox pauidi ad sua corda redeuntes: B
extimuerũt sanctitatem in miraculis: quam
desperant in preceptis. Per infirma ergo
confusa sunt fortia: quia duz in veneratione
vita surgeret humiliũ: elatio cecidit superboz
Igitur q: btũs iob sancte ecclesie typum te/
net & omnipotens deus preuidet quod in p/
mordijs nascentis ecclesie potẽtes huius se/
culi leue eius iugum suscipere crassa cordis
seruire recusarẽt dicat: Nunquid volet rino
ceres seruire tibi. Rinoceres enim indomite
oino nature est: ita vt si quando captus fue/
rit teneri nullatenus possit. Impatiẽs q̃ppe
vt fertur ilico morit. Eius vero nomen lati/
na lingua interpretatũ sonat: in nare cornu.
Et quid aliud in nare nisi fatuitas? Quid in
cornu nisi elatio designatur? Nam quia i na
re fatuitas solet intelligi: salomone attestãte
didicimus: qui ait: Circulus aure⁹ in narib⁹ Pro.11.
suis mulier pulchra & fatua Hereticã nanq;
doctrinam nitore vidit eloquij resplẽdẽ: nec
tamen sapientie apto intellectu congruere: &
ait: Circulus aure⁹ in narib⁹ suis. id est. pul C
chra & circũflexa locutio in sensibus mentis
stulte: cui ex eloquio aurum pendet sed tam
ex terrene intentiõis pondere moris sui ad
superiora non respicit. Quod secutus expo/
suit dicens: Mulier pulchra & fatua. id est.
doctrina heretica: pulchra per verbũ: fatua
p intellectũ. In cornu vo q: elatio freq̃nt ac/
cipitur: ppheta attestante didicimus q̃ ait: ps.84
Dixi iniquis nolite inique agere: & delinq̃/
tibus nolite exaltare cornu. Quid ergo in ri
nocerote hoc nisi potentes huius seculi de/
signantur? vel ipse in eum summe principa/
tuũ potestates qui typo fatue iactatiõis ela/
ti: dum falsis exterius inflantur honoribus:
veris miseriis intus inanescũt. Quib⁹ bene
dicitur: Quid superbis terra & cinis? In ip̃is Eccl.10.
vero initijs nascentis ecclesie dũ p̃tra illam
diuitũ se potestas extolleret: atq; in ei⁹ nece
imẽsitate tãte crudelitatis anhelaret: dũ tot

cruciatib⁹ anxia tot persecutiõib⁹ pressa suc/
cumberet quis tũc credere potuit: ꝙ illa ere
cta ⁊ aspera superboꝝ colla sibi subijceret ⁊
iugo sancti timoris edomita: mitibus fidei lo
B ris ligaret. Diu quippe in exordijs suis ri/
nocerotis huius cornu ventilata ⁊ quasi fun
ditus interimẽda ꝑcussa est. Sꝫ dina gr̃a di/
spensante ⁊ illo moriẽdo viuificata conualu/
it: ⁊ cornu suũ rinoceros iste feriendo lassat⁹
ĩclinauit: quodꝙ impossibile homibus fuit
deo difficile non fuit: quia potestates huius
mũdi rigidas non verbis sed miraculis fre/
git. Ecce enim quotidie seruire rinocerotes
agnoscim⁹ dum potentes mundi huius qui
in viribus suis fatua dudũ fuerant elatione
confisi: deo sb̃ditos iam videmus. Quasi de
quodam indomito rinocerote domin⁹ loq̃/
Mat.19. batur cum diceret: Diues difficile intrabit ĩ
regnum celorum. Cui cum responsum essꝫ et
quis poterit saluus fieri: ilico adiũxit: apud
hoies hoc impossibile est apud deum autez
omnia possibilia sunt. Ac si diceret: Rinoce/
ros iste humanis viribus mãsuescere ñ po/
test: sed tamen diuinis subdi miraculis põt.
Unde hic quoꝙ apte beato iob sancte eccle
sie typum tenenti dicitur: Nunq̃d volet ri/
E noceros seruire tibi. Subaudis vt mihi: q̃
eum predicamẽtis quidem hominũ diu resi
stere pertuli: sed tamen repente cũ volui mi/
raculis straui. Ac si apertius dicat: Nunq̃d
hi qui fatua elatione superbiũt sine meis ad
iutorijs tue predicationi sb̃dũtur. Per quez
itaꝙ preualeas considera: ⁊ in omne qd̃ pre
uales elationis sensum inclina. Uel certe ad
beati iob noticiam ꝓ humiliãda eius virtu/
te deducitur q̃ꝫ mira quandoꝙ per aposto/
los agantur qui munduz deo subijciũt: eiꝙ
edomitam potentiam hui⁹ seculi sup̃biaz fle
ctunt: vt tanto de se beatus iob min⁹ estimet
q̃ꝫto aggregari deo tam difficiles animas ꝑ
alios videt. Dicat ergo. Nunquid volet ri/
noceros seruire tibi: subaudis sicut ꝑ eos q̃s
Lex A misero seruit mihi. Sequitur. ¶ II
Aut morabit̃ ad presepe tuũ. Prese/
pe hoc loco ipsa scriptura sacra non
incõuenient̃ accipit̃: in qua v̄bi pabulo aĩa
lia sancta satiantur: de quibus per ꝓphetaz
Ps.67. dicitur: Aĩalia tua habitabũt in ea. Hinc eti
am natus dñs a pastoribus in presepe repit̃
quia eius incarnatio in ea qua nos reficit ꝓ/
phetarum scriptura cognoscit̃. Rinoceros
itaꝙ iste videlicet omnis elatus: in p̃mordijs
nascentis ecclesie cum patriarcharuz dicta:
cum ꝓphetarum mysteria: cuz euangelij ar
chana audiret irridebat: quia tanto in p̃dica
torum presepi claudi satiariꝙ contempserat
q̃ꝫto in voluptatibus ꝓprijs dimissus despe
rationis sue campum tenebat. Quem super
boꝝ campum bene paulus insinuat dicens: Ephe.4.
Qui desperantes semetipsos tradiderũt im/
pudicitie in operationem ĩmundicie omnis
in auaricia. Tanto enim se quisꝙ in malis p̃
sentibus latius relaxat: q̃ꝫto post hanc vitaz
se assequi bona eterna desperat. Sed omni/ B
potens deus diu quidem rinocerotem hũc
per praue voluptatis campum vagantez ꝑ
tulit: ⁊ tamen cum voluit repente ad suũ pre
sepe religauit: vt vite pabulum bñ clausus
accipiat: ⁊ ne vitã funditus male liber amit
tat. Ecce enim iam cernimus ꝙ potẽtes hu/
ius seculi: eiusꝙ principes predicamẽta dñi/
ca libenter audiunt: ꝯstanter legunt: pastiꝙ
a presepe non exeũt: quia precepta dei q̃ aut
legendo aut audiẽdo cognoscũt: nequaq̃ vi
uendo transcendũt: sed verbi pabulum qua/
si clausi stare equanimit̃ tolerant: vt eden/
do ⁊ permanendo pinguescant. Quod cum
deo agente conspicimus: quid aliud q̃ꝫ rino
cerotem hunc ad presepe morantẽ videm⁹?
Quia v̄o post acceptum pabulum p̃dicatio
nis rinocerus iste fructum debet ostendere
operis recte subiungit̃. ¶ III Lex.
Nunquid alligabis rinocerotẽ ad arã A
dum loro tuo. Lora sunt ecclesie pre
cepta discipline. Arare v̄o ẽ per p̃dicatiõis
studium humani pectoris terrã vomere lin/
gue proscindere. Hic igitur rinoceros q̃ndã
superbus ac rigidus: iam nũc loris fidei tene
tur ligatus: atꝙ a presepi ad aranduz ducit̃
quia eam predicationem qua ipse refectus ẽ
innotescere ⁊ alijs conatur. Scimus enim ri
nocerus iste terrenus: videlicet princeps q̃n
ta prius contra dominũ cudelitate seuierit:
et nunc agente domino cernimus q̃ꝫta se ei
humilitate substernit. Hic rinoceros non so
lum ligatus est: sed etiã ad arandum ligatus
est: quia videlicet discipline loris astrctus: ñ
solum se a prauis operibus retinet: sed etiaz
in sancte fidei predicationis exercet. Ecce
enim sicut superius dictum est: ipsos huma/
narum rerum rectores ac principes duz me/
tuere deum in suis actionibus cernimus: q̃d
aliud q̃ꝫ loris ligatos videmus? Cum v̄o eã
viam quam dudum persequendo impugna
uerant: nũc prolatis legibus p̃dicare nõ ces/
sant: quid aliud faciunt nisi aratri laboribus B
insudant? Libet videre hunc rinocerotẽ. id
est. terre principem fidei loris ligatum: quẽ/
admodũ ⁊ cornu portat per potentiã seculi:
et iuguz fidei sustinet per amorẽ dei. Timeri

iste rinoceros valde poterat nisi ligatus esset. Cornu quippe habet sed ligatus est. Habent ergo in loris eius quod humiles diligant: habent in cornu eius quod elati pertimescant. Strictus enim loris seruat pietatem mansuetudinis: sed fultus cornu terrene glorie: exercet dominium potestatis. Plerunque autem cum exigente ira ad feriendum rapitur: diuino amore reuocatur. Et quidem per exasperatam potentiam in furorem se eleuat: sed quia eterni iudicis reminiscitur: cornu ligatus se inclinat. Sepe ipse vidisse me memini: quod cum se ad feriendum grauiter hic rinoceros accenderet: quasi eleuato cornu bestiolis minis mortes: exilia damnationemque subiectis imensis terroribus intentaret: repente fronte signo crucis impresso omne in se incendium furoris extinxit et conuersus minas deposuit: et quia ad deliberata pgredi non posset ligatus agnouit: et non solum in se iras edomat: sed in subiectorum etiam sensibus omne quod rectum est inserere festinat: vt que omnes sanctam ecclesiam et intima cogitatione venerentur: exemplo ipse site humilitatis demonstrat. Dicatur igitur beato iob. Nunquid alligabis rinocerotem ad aranduz loro tuo: Ac si aperte dicat: Nunquid potentes huius seculi in sua fatua elatione: confidentes ad laborem predicationis dirigis: et sub disciplinae vinculo restringis? Subaudis vt ego qui id egi cum volui: quia persecutores meos quos prius hostes pertuli: ipsos postmodum recte fidei defensores feci. Sequitur. ¶ IIII

Tex. A

Ut confringet glebas conuallium post te. Solent exculte terre supiacentes glebe iactata semina premere: et nascentia suffocare. Quibus glebis hoc loco illi signantur: qui per duriciam suam atque pestiferam vitam nec ipsi semina verbi recipiunt: nec receptorum seminum fructus alios ferre permittunt. Sanctus enim quisque predicator in mundum veniens euangelizando pauperibus: quasi molles vallium terras arauerat: sed quorundam duriciam electorum ecclesia rumpere non valens: eos quasi supiectas labori suo glebas oppressa tolerabat. Multi enim puerse mentes ipsa terrenorum principum infidelitate confisi: surgentem ecclesiam male viuendi pondere premebant: cum diu quos possent modo damnabilibus exemplis: modo minis: modo blandimentis destruerent ne terra cordis auditorum ad spiritalis seminis: fructum exculta perueniret. Ac cum omnipotens deus hunc rinocerotem loris suis subdidit: per eum ilico glebarum duriciam fregit. Mox quippe terrenum principatum sue fidei subiugauit: dura persequentium corda contriuit: vt quasi confracte glebe non iam obdurate premerent: sed ad pcepta verbi semina resoluti germinarent. Unde recte nunc ait: Aut confriget glebas vallium post te? Ac si diceret: Sicut post me qui postquam mentem cuiuslibet elate potestatis ingredior: non solum eam mihi subditam reddo: sed etiam ad conterendos fidei hostes exerceo: vt potentes huius seculi mee formidinis loris ligati: non solum in me credentes permaneant sed et pro me alieni cordis duriciam zelantes frangant. Hoc autem quod de infidelibus diximus: in plerisque etiam qui fidei nomine censentur videmus. Multi nanque humilium fratrum positi fidem verbotenus tenent: sed dum elationis typum non deserunt: dum quos possunt elatis violentijs premunt: dum fructificantibus alijs ipsi nequaquam semina verbi recipiunt: sed ab exhortantis voce aurem cordis auertunt: isti quid aliud quam obdurate glebe in exaratis vallibus iacent. Qui eo nequiores sunt: quo nec ipsi humilitatis fructum proferunt: et quod est deterius proferentes humiles premunt. Ad horum duriciam dissoluendam nonnunquam sancta ecclesia: quia propria virtute non sufficit: rinocerotis huius. id est. terreni principis opitulationem querit: ipse supiacentes glebas conterat quas ecclesiarum humilitas quasi planicies vallium portat. Has itaque glebas rinoceros pede premit ac comminuit: quia prauorum potentiumque duriciam cui ecclesiastica humilitas resistere non valet: principalis religio ex potestate dissoluit. Quod quia sola diuina virtute agitur vt terreni regni culmine ad puectum regni celestis inclinentur: recte nunc dicitur: Aut confringet glebas vallium post te. Ut vero de suis virtutibus beatus iob humilia sentiat: ab huius mundi potestatibus sub rinocerotis nomine sublimia cognoscat. Sequitur. ¶ Nunquid habebis fiduciam in magna fortitudine eius et derelinques ei labores tuos? In rinocerotis fortitudine fiduciam dominus habere se asserit: quia vires quas temporaliter terreno principi contulit ad cultum sue venerationis inclinauit: vt ex accepta potestate per quam dudum contra deum tumuerat: religiosum nunc deo obsequium latius impendat. Quo enim in mundo plus potest: eo pro mundi auctore plus preualet. Nam quia a subiectis ipse metuitur tanto facilius persuadet: quanto et cum potestate indicat qui vere metuatur. Dicatur ergo. Numquid habebis fiduciam in magna fortitudine eius. Ac si diceret vt ego: qui vires terrenorum principum meo cultui seruituras aspicio. Tanto enim ea que nunc agis minora estimo

B

C

Tex.

ꝯto iam ꝓuideo quia ⁊ maiores huiꝰ mundi mihi potestates inclinabo. Bene autem
Lex subdit: ℣ Et derelinq̃ntes ei labores tuos. Labores enim suos huic rinoceroti dñs relinquit: quia conuerso terreno principi eam quã sua morte mercat⁹ est ecclesiam credidit quia videlicet in eius manu ꝯto solicitudie
Lex. pax fidei sit tuenda cõmisit. Sequit. ℣ Nũquid credis ei q̃ reddat sementẽ tibi: ⁊ areã tuam congreget? ℣

A 1 Quid aliud semen nisi verbũ predicationis accipitur? Sicut in euãgelio
Mat.13. veritas dicit: Exijt q̃ seminat seminare: ⁊ sicut
Esa.32. ꝓpheta ait: Beati q̃ seminatis sup oẽs aquas Quid aliud area: nisi ecclesia debet intelligi? Be q̃ precursoris voce dicit: Et pmũdabit areã suã. Quis ergo in initio nascẽtis ecclesie crederet (dum ꝓtra eam ille indomitus principatus terre tot mínis ⁊ cruciatibꝰ seuiret) quia rinocerus iste deo sementez redderet. id est. acceptum predicatiõis verbũ operibus repensaret. Quis posset tunc infirmorum credere q̃ eius aream ꝓgregaret. Ecce enĩ modo ꝓ ecclesia legeſ ꝓmulgat: q̃ dudũ
Mat.4. contra eam per varia tormẽta seuiebat. Ecce quaslibet gentes potuerit capere ad fidei illius gratiam suadendo perducit eisq̃ eternaz vitam indicat: quibus capitis p̃sentẽ seruat

B Cur hoc. Quia videlicet aream nũc congregat: quã aliquando superbo cornu dispergẽdo ventilabat. Audiat igitur beatꝰ Iob quid gentilitatis principes faciant: ⁊ nequaq̃ se apud semetipsuz de gloria tãte sue ꝙtutis extollat. Audiat rex ⁊ potens potẽtiores huiꝰ mũdi reges ꝯta deo deuotione famulentur et virtutem suam quasi pro singularitate nõ trahat in elationis vitiũ: qui habet i alijs exemplum quia ⁊ si tunc ei similem dñs nõ vidit: multos tamen ꝑ quos eius gloriam retunderet ꝓuidit. Igitur quia terreni ꝓncipes magna se deo humilitate ſbsternũt: ꝓtra
ui homines qui dudum contra ecclesiã in fidelitate positi: aperta aduersitate seuiebant nũc ad alia fraudis argumenta vertuntur.

C Quia enim illos religionẽ venerari conspiciunt ipsi cultum religionis assumunt: ⁊ bonorum vitam sub despectis vestibus iniquis moribus premunt. Vnde quippe dilectores sunt: qui hoc in se quod homines venerentur ostendunt: atq̃ eis qui vere semetipsos despiciunt: non mente sed veste copulãtur. Quia enĩ presentẽ gloriam amãtes assequi: non possunt quasi despicientes sequunt. Quicquid sentiunt: contra bonos ostenderent: si apertum nequitie: tempus inuenirẽt

Sed hec etiam argumenta ꝓ℣ VI uorum: ad electorum salutem profi-
A ciunt. Sancta enim ecclesia transire sine labore temptatiõis non potest tempora pegrinationis que ⁊ si foris apertos hostes non habet: intus tamen tolerat fictos frẽs. Nam contra vitia semper in acie est: ⁊ habz etiam pacis tempore bellũ suũ: ⁊ fortasse gravius affligitur: cum non extraneoꝝ ictibus: sed suorum moribus impugnat. Siue itaq̃ illo seu isto tempore est. tamen semper i labore. Nam ⁊ in ꝓsecutione principuz timet ne amittant boni qõ sunt: ⁊ in ꝙsatione ꝓncipum tolerat: quia mali simulant bonos se eẽ qõ non sunt. Unde omnipotẽs deus: quia rinocerotem hunc lozis ligatũ dixit: ilico ꝓtra
uorum hypocrisim ſbdidit dicẽs: ℣ Penna Lex. strutionis similis est pennis herodij ⁊ accipitris. Quis herodiũ ⁊ accipitrem nesciat: aues reliquas ꝯta volat⁹ sui velocitate trãscendant. Strutio ꝝo penne eoꝝ similitudinem habet: sed volatus eorum celeritatẽ nõ habet. A terra quippe eleuari non valet: et alas quasi ad volatũ specietenus erigit: sed amen nunq̃ sea terra volando suspendit.

B Ita sunt nimirũ omnes hypocrite: qui dum bonorum vitam simulãt: imitationẽ sctẽ conuersationẽ habent: sed veritatẽ sancte actionis non habent. Habent quippe volãdi pẽnas per speciem: sed in terra repũt per actionem: quia alas per figuram sanctitatis extẽdunt: sed curarũ secularium pondere ꝓgrauati: nullatenus a terra ſbleuant. Speciem nanq̃ phariseoꝝ reꝓbans dñs: quasi strutionis pennam redarguit que in opere aliud
Mat.23. exercuit ⁊ in colore aliud ostendit dicẽs: Ue vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite: quia similis est sepulchris de albati: que foris quidẽ apparent hoibus speciosa: intus ꝝo sũt plena ossibus mortuoꝝ: ita ⁊ vos foras apparetis hoibus iusti: intus ꝝo pleni estis quarticia ⁊ iniq̃tate. Ac si diceret: Subleuare vos videtur species penne: sed in infimis vos deprimit pondus vite. Be hoc pondere ꝑ ꝓphetam dicitur: Filij hominũ vsq̃quo gra-
ps.4. ui corde: huius strutiõis conuersurũ se hypocrisim dñs pollicetur cum per ꝓphetam dicit: Gloꝛificabũt me bestie agri: dracones et
Esa.43. strutiones. Quid enĩm draconũ nomine: nisi in aperto malicioſe mẽtes exprimunt: que per terram semper infimis cogitationib⁹ repunt? Qui ꝝo post strutionũ vocabulum

C nisi hi qui se bonos simulant designant: qui sanctitatis vitam quasi volatus penna ꝑ speciem retinẽt sed per opa non exercent? Glol.

rificari itaq; se dñs a draconе vel strutiõe asserit: quia ꝛ aperte malos: ꝛ victe bonos plerunq; ad sua obsequia ex intima cogitatione conuertit. Vel certi agri bestie dñm. id est. dracones strutionesq; glorificant: cum fidez que in illo est: ea que in hoc mundo dudum membrum diaboli fuerat gentilitas exaltat. Quam ꝛ ꝓpter maliciam draconũ nomine exprobrat: ꝛ propter hypocrisim vocabulo strutionũ notat. Quasi enim pennas accepit gentilitas: sed volare non potuit: que ꝛ naturam rationis habuit: ꝛ actionem rationis ignorauit. Habemus adhuc quod in consideratione strutionis huius de accipitre ꝛ herodio attentius perpendam⁹. Accipitris dꝑpe ꝛ herodij parua sunt corpora: sed pennis densioribus fulta: ꝛ idcirco cum celeritate
B transuolant: quia eis parum inest quod aggrauat: multum qđ leuat. At contra strutionis pennis induitur: ꝛ imani corpore graluatur: vt ꝛ si volare appetat ipsa pennaruz paucitas molem tanti corporis in aere non suspendat. Bene ergo in herodio ꝛ accipitre electorum persona signatur: qui ẽtdiu i hac vita sunt sine ẽtulocunq; culpe ꝓtagio esse non possunt. Sed cum eis parum quid inest quod deprimit multa virtus bone actionis suppetit: que illos i superna sustollit. At cõtra hypocrita: ꝛ si qua facit pauca que eleuent perpetrat multa que grauent. Neq; enim nulla bona agit hypocrita sed quibus ea ipsa deprimat multa peruersa cõmittit. Pauce igitur penne corpus strutionis non subleuant: quia paruũ bonũ hypocrite multitudo praue actionis grauat. Hec quoq; ipsa strutionis penna ad pennas herodij ꝛ accipitris similitudinẽ colozis habet: virtutis vero similitudinẽ non habet. Illozũ nanq; concluse ꝛ firmiozes sunt: ꝛ volatu aerem ꝑmere virtute sue soliditatis possunt. At contra strutionis penne dissolute: eo volatũ sumere nequeũt: quo ab ipso quẽ premere deberant aere transcendunt. Quid ergo in his aspicimus nisi q; electorum virtutes soli de euolant: vt ventos humani fauoris premant. Hypocritarũ vero actio ẽtlibet recta videat: volare non sufficit: quia videlicet flu
A re virtutis pennam humane laudis aura p/

Sed ecce cum vnũ ℣ VII (trãsit. eundemq; bonoz malozũq; habitũ cernimus: cum ipsam in electis ac reprobis pfessionis speciem videmus: vnde nostre intelligentie suppetat: vt electos a reprobis: a falsis veros comprehendẽdo discernamus. Quod tamen citius agnoscim⁹ si intimata in memoriam ꝑceptoris nostri verba signam⁹ qui ait: Ex fructib⁹ eoz cognoscetis eos. Matt. 7. Neq; enī pensanda sunt que ostendũt i imagine: sed que seruant in actione. Unde h postẽtq; speciem strutiõis hui⁹ intulit moz facta sbiungit dicẽs: ℣ Qui derelinq̃t in terra ova sua. Lect. Quid enī per ova nisi tenera adhuc proles exprimit̃ que diu fouenda est: vt ad viuũ volatile perducat̃. Ova quippe insensibilia in semetipsis sunt: sed tamen calefacta in viuis volatilib⁹ conuertunt̃. Ita ni
B mirũ paruuli auditozes ac filij certum est q; frigidi insensibilesq; remaneant: nisi doctoris sui solicita exhortatione calefiant. Ne igitur derelicti sua insensibilitate torpescãt assidua doctoz voce fouendi sunt: quousq; valeant ꝛ per intelligentiã viuere ꝛ per contẽplationẽ volare. Quia vero hypocrite ẽtuis peruersa semper operentur: loqui tamen recta non desinunt: bene autem loquẽdo in fide vel ꝙuersatione filios pariunt: sed eos bene viuendo nutrire non possunt recte ꝺ hoc strutiõe dicitur: Qui derelinq̃t in terra ova sua. Curam nanq; filioz hypocrita negligit q; ex amore intimo rebus se exterioz⁹ subdit: In quib⁹ ẽtomagis extollit̃: tanto minus de prolis sue defectu cruciat̃. Ova er/
C go in terra dereliquisse est: natos per ꝙsitonem filios nequaq; a terrenis actibus interposito exhortationis nido suspẽdere. Ova in terra derelinquisse est: nullum celestis vite filijs exemplũ prebere. Quia enim hypocrite per charitatis viscera non calent: de torpore plis edite. id est. de ouoz suoz frigore nequaq; dolent: ꝛ ẽtto se libenti⁹ terrenis actibus inserunt tanto negligenti⁹ eos quos generart agere terrena permittunt. Sed quia derelictos hypocritarũ filios superna cura non deserit: nõnullos etiam nanq; ex talib⁹ intima electione prescitos: largite gratie respectu calefacit recte sbiũgit̃: Tu forsitan i Lect.
puluere calefacis ea. Ac si dicat vt ego qui illa in puluere calefacio: quia scilicet paruulorum animas ꝛ in medio peccantiuz positas: amoris mei igne succendo. Quid enim puluis nisi peccatoz accipitur? Unde ꝛ ille hostis huius peccatoris perditione satiatur: ꝺ quo per ꝓphetã dicitur: Serpẽti puluis panis eius. Quid per puluerem nisi ipsa inicꝫrum instabilitas demõstrat? De qua dauid ait: Non sic impij non sic: sed tanq̃ puluis Ps. 1
quem proiicit ventus: a facie terre. Ova ergo dominus in puluere derelicta calefacit: quia paruulorũ animas predicatoz⁹ suorum solicitudine destitutas etiam in medio pec/

cantium positas: amoris sui igne succendit.
Hinc est q̄ plerosq̄ cernimus: ⁊ i medio po
B pulorum viuere: ⁊ tamen vitā torpentis po/
puli non tenere. Hinc est q̄ plerosq̄ cerni/
mus: ⁊ malorum turbas non fugere ⁊ tamē
superno ardore flagrare. Hinc est enī q̄ ple/
rosq̄ cernimus: vt ita dixerim in frigore ca/
lere. Unde enim nōnulli inter terrenorū ho/
minum torporem positi: superne spei deside
rijs inardescunt: vnde ⁊ inter frigida corda
succensi sunt: nisi quia omnipotens deus de
relicta ouа scit etiam in puluere calefacere: ⁊
frigoris pristini insensibilitate discussa p̄sen/
sum spiritus vitalis animare: vt nequaq̄ ia/
centia in infimis torpeant: sed in viuis vola/
tilib⁹ versa sese ad celestia contemplādo. id
est. volando suspendant. Notandū vero est
qō in his verbis non solum hypocritarū ac
tio peruersa reprobatur: sed bonorūz etiam
magistrorum si qua fortasse subrepserit ela/
tio premitur. Nam cum de se dominus dicit
q̄ derelicta ouа in puluere ipse calefaciat: p
fecto aperte indicat: quia ipse operā intrin/
secus per verba doctoris: qui ⁊ sine verbis
vllius hominis calefacit quos voluerit in fri
gore pulueris. Ac si aperte doctorib⁹ dicat:
Ut sciatis quia ego sum qui per vos loquē/
tes operor: ecce cum voluero cordib⁹ homi/
num etiam sine vobis loquor. VIII

A Humiliata igitur cogitatione docto/
rum ad exprimendū hypocritaz ser/
mo conuertit: ⁊ qua fatuitate torpe/
at: adhuc sb strutionis facto plenius indicat
Tex. Mā sequit. Obliuiscit q̄ pes ꝓculcet ea:
aut bestia agri ꝓterat. Quid in pede nisi trā/
situs operatiōis accipit? Quid in agro nisi
mūdus iste signat? De quo in euangelio do
Mat.13 minus dicit: Ager autem est mūdus. Quid
in bestia: nisi antiquus hostis exprimit: qui
huius mūdi rapinis insidians: humana quo
tidie morte satiatur. De qua per ꝓphetam
Esa.35. pollicente domino dicitur: Et mala bestia n
trānsibit per eam. Strutio itaq̄ ouа sua dese
rens obliuiscit: q̄ pes conculcet ea: quia vi/
delicet hypocrite eos quos in ꝓuersatiōe fili
os generant derelinquūt ⁊ oīno non curant
ne aut exhortationis solicitudie: aut disciplī
ne custodie destitutos prauorum operū exē
pla peruertant. Si enim ouа que gignūt dili
gerent: nimirū metuerent ne quis ea peruer
sa opera demōstrādo calcaret. Hūc paulus
pedem infirmis discipulis: q̄si ouis que po/
Phil.3. fuerat metuebat cuz diceret: Multi ambu/
lant quos sepe dicebā vobis: nūc aūt ⁊ flens
Phi.3 dico inimicos crucis christi. Et rursum: Vi/
dete canes: videte malos operarios. Et rursū 2.Thes.3
Denūciamus vobis fratres: ⁊ in noīe domi
ni nostri iesu christi: vt sbtrahatis vos ab oi
fratre ambulāte inordinate: ⁊ non sm̄ tradi/
tionem quā acceperūt a nobis. Hūc pedem B
iohannes gayo formidabat: qui cum multa
dictrepis mala premisisset adiūxit. Charissi 3.Jo.1.
me noli imitari malū s̄ quod bonū est. Hūc
ipse synagoge dux infirmo suo gregi metue/
bat dicens: Quando ingressus fueris terraz
quaz dominꝰ deus dabit tibi: caue ne imita/
ri velis abominationes illarum gentium.
Obliuiscitur etiam quod bestia agri conte/
rat: quia nimirum diabolus in hoc mūdo se
uiens si editos in bona conuersatione filios
rapiat hypocrita omnino non curat. Hanc
autem agri bestiam paulus ouis que posue/ 2.Cor.11
rat: metuebat dicens: Timeo ne sicut serpēs
euam seduxit astutia sua: ita corrūpant sen/
sus vestri a charitate que est in iesu christo.
Hanc agri bestiam discipulis metuebat pe/ 1.pe.5.
trus cum diceret: Aduersarius vester diabol⁹
quasi leo rugiens: circuit querens quem de
uoret: cui resistite fortes in fide. Habent er/
go veraces magistri sup discipulos suos timo
ris viscera ex virtute charitatis: hypocrite
aūt tanto min⁹ commissis sibi metuūt: q̄to C
nec sibimet ipsis quod timere debeant dep̄/
hendūt. Et quia obduratis cordibus viuūt
ipsos etiam quos generant filios nulla pieta Leo
te debiti amoris agnoscūt. Unde adhuc sub
strutionis specie sbdit: Durat ad filios q̄/
si non sint sui. Quem enim charitas gratia n̄
infūdit proximū suū etiam si ipse hūc deo ge
nuit extraneū respicit vt profecto sunt omēs
hypocrite: quorū videlicet mentes dū sem/
per exteriora appetūt: intus insensibiles fiūt
et in cunctis que agunt: dum sua semper ex/
petūt erga effectum proximi nulla charitatis
compassione molescūt. O q̄ mollia viscera
gestabat paulus: quando circa filios suos
tanto estu amoris inhiabat dicens: Nūc vi/
uimus: si vos statis in domino: ⁊ testis mihi
est deus: quomodo cupiam vos omnes i vi Ro.1.
scerib⁹ christi iesu. Romanis quoq̄ ait: Te/
stis est mihi deus cui seruio in spiritu meo in
euangelio filij eius: q̄ sine intermissione me/
moriam vestri semper facio in orationibus
meis obsecrans si quomodo tandem aliquā
do prosperū iter habeam in volūtate dei ve
niendi ad vos: desidero enim videre vos.
Timotheo quoq̄ ait: Gratias ago deo meo ⁊ 1.Thi.1.
cui seruio a progenitorib⁹ meis in conscientia
pura: qō sine intermissione habeā tui memo
riam in orationib⁹ meis nocte ac die desidel

rans te videre. Thessalonicensib⁹ q̄ amorē
1. Thes. 2. suum indicans dicit: Nos autem fratres de-
solati a vobis ad tempus ore aspectu: nō cor
B de abūdantius festinauim⁹ faciem vestram
videre cum multo desiderio. Qui duris per
secutionib⁹ pressus ꝛ tamen de filiorum salu
te solicitus adiunxit. Misimus timotheum
fratrem nostrum: ꝛ ministrū dei in euāgelio
christi ad ꝓfortandos vos ꝛ exhortādos ꝓ
fide vestra: vt nemo moueaꝫ in tribulationi
Ephe. 3. bus istis. Ipsi enim scitis: q̄ in hoc positi su
mus. Ephesijs quoq; ait: ꝓeto ne deficia-
tis in tribulationib⁹ meis ꝓ vobis que est
gloria vestra. Ecce in tribulatiõe posit⁹ ali-
os exhortatur ꝛ in hoc qō ipse sustinet alios
roborat. Non enim filioꝝ suorum fuerat mo
re strutionis oblitus: sed metuebat nimis ne
eius discipuli in predicatore suo tot persecu-
tionū probra cernentes fidem in eo despice-
rent contra quā innumere passionū cōtume-
lie prevalerent. Et idcirco minus dolebat in
tormentis sed magis filijs de tormentorum
suorum temptatione metuebat. ꝓaruipen-
debat in se plagas corporis dum formidaret
in filijs plagas cordis. Ipse patiendo suisci-
piebat vulnera tormentoꝝ sed filios ꝓsolan
do curabat vulnera cordiū. ꝓensemus er-
go cuius charitatis fuerit inter dolores pro-
prios alijs timuisse: pensem⁹ cuius charitat⁹
sit filiorum salutem inter sua detrimēta req̄-
rere ꝛ statum mentis in proximis etiā ex sua
A deiectione custodire. V IX
Sed hec hypocrite charitatis viscera
nesciūt quia eoꝝ mens q̄nto per mū
di ꝓcupiscentiā in exteriora resoluit: tanto q̄
afflictionem suam interius obdurat: ꝛ tor-
pore insensibili frigescit intrinsecus: q̄ amo-
re damnabili mollescit foris: secq; ipsam cōsi-
derare non valet: quia cogitare se mime stu-
det. Cogitare vero se mens non potest: que
tota apud semetipsam non est. Tota ꝓ o esse
apud semetipsam non sufficit: quia per q̄t cō-
cupiscentias rapitur: per tot a semetipsa spe
cies dissipat: ꝛ sparsa i infimis iacet: que col
lecta si vellet ad summa ꝓsurgeret. Unde iu
storum mens quia per custodiam discipline
a cūctoꝝ visibilū fluxu appetitu constringi-
tur: collecta apud semetipsam intrinsecus in
tegratur: qualisq; deo esse vel proximo esse
debeat plene conspicit: que nihil suū exteri⁹
derelinquit: ꝛ q̄nto ab exterioꝝ abstracta
compescit: tanto aucta in intimis inflamma-
B tur ꝛ q̄ intus magis ardet: eo ad deprehēdē
da vicia amplius lucet. Hinc est enim q̄ san
cti viri dum intra semetipsos colligunt: mi-
ra ac penetrabili acie: occulta etiaz aliena de-
licta deprehendūt. Unde bene per ezechie-
lem prophetam dicitur: Emissa similitudo Ezech. 8.
manus apprehendit me in cincinno capitis
mei ꝛ eleuauit me spiritus inter terram ꝛ ce-
lum: ꝛ adduxit me in hierusalem: in visione
dei iuxta ostium interius quod respiciebat
ad aquilonem: vbi erat statutum idolum ze-
li ad prouocandam emulationem. Quid est
enim cincinnus capitis: nisi collecte cogita-
tiones mentis: vt non sparse diffluant: sed ꝓ
disciplinam constricte subsistant. Manus
ergo desuper mittitur: ꝛ ꝓpheta per cincin-
num capitis eleuatur: quia cum nostra mens
sese per custodiam colligit: vis superna sur-
sum nos ab infimis trahit. Bene ergo inter C
terram ꝛ celum sublatum se asserit: quia qui
libet sanctus in carne mortali positus plene
quidem adhuc ad superna non peruenit: sed
iam tamen ima derelinquit. In visione ve-
ro dei in hierusalem ducitur: quia videlicet
vnusquisq; proficiens per charitatis zelum
qualis esse ecclesia debeat contemplaꝫ. Be-
ne quoq; additur: quia iuxta ostium interi⁹
ductus est: quod respiciebat ad aquilonem:
quia nimirū sancti viri dum per aditum eter
ne contemplatiōis aspiciunt: plus prava in-
tra ecclesiam fieri q̄ recta deprehendūt ꝛ q̄si
in aquilonis parte oculos. id est. ad solis si-
nistram flectunt: quia contra vitioꝝ frigora
charitatis se stimulis accendūt. Ubi ꝛ recte
subiungiꝫ: quia illic erat statutū idolum zeli
ad prouocandā emulationē. Dum enim in-
tra sanctam ecclesiam a nōnullis specie sola
fidelibus rapinas ꝛ vitia perpetrari conside
rant quid aliud q̄ in hierusalem idolum vi-
dent? Quod idolum zeli dicitur: quia per ꝟ
contra nos emulatio superna prouocaꝫ: vt
tanto districtius delinquentes feriat quāto
nos chari⁹ redemptoꝝ amat. V X
Hypocrite igitur quia cogitationes
mentis non colligunt per cincinnuz
capitis minime tenentur. Et qui sua nesciūt
commissoꝝ sibi quando delicta deprehen-
dunt? Ibi itaq; torpent ac celestibus ad que A
flagrare debuerunt: ꝛ flagrant terrenis re-
bus anxie: a quibus laudabiliꝫ toꝛpuissent.
ꝓostposita quippe cura filiorum: sepe eos
videas se contra pericula imensi laboris ac-
cingere maria transmeare: adire iudicia: pul
sare principatus: palacia irrumpere: iurgan
tibus populoꝝ cuneis interesse: ꝛ terrena
patrimonia laboriosa obseruatione defende
re. Quibus si fortasse dicaꝫ: cur ista vos agi
tis: qui seculum reliquistis? respondent illico

deum se metuere: ⁊ idcirco tanto studio de/
fendendis patrimonijs insudare. Unde be/
ne adhuc destructionis huius stulta labore
subiungit: Frustra laborauit: nullo timore
cogente. Illic nāq; trepidauerūt timore vbi
non erat timor. Ecce enim diuina voce pre/
Mat.5. cipitur. Si quis tibi tulerit tunicam ⁊ volue
rit tecum iudicio contēdere: dimitte illi ⁊ pal
lium. Et rursum: Si quis quod tuū est tule/
B rit ne repetas. Paulus quoq; apostolus di
scipulos suos cupiens exteriora despicere:
vt valeant interna seruare: ammonet dicēs:
1.Cor.6. Iam quidem oīno delictuz est in vobis: q̄
iudicia habetis inter vos: quare non magis
iniuriam accipitis: quare non magis fraudē
patimini? Et tamē hypocrita assumpto san/
cte conūsationis habitu filiorum custodiam
deserit: ⁊ temporalia queq; defendere: etiaz
iurgijs querit: exemplo suo eorum perdere
corda non trepidat: ⁊ quasi per negligentiaz
amittere patrimonia terrena formidat. In
errorem discipulus labitur: ⁊ tamen cor hy/
pocrite nullo dolore sautiat. Ire iniquita/
tis voraginem cōmissos sibi conspicit: ⁊ hec
quasi inaudita pertransit: at si quod sibi leui
ter inferri temporale damnū senserit: in vltio
nis iram repente ab intimis inardescit: mox
patientia rumpit: mox dolor cordis in voci/
bus effrenatur: quia dum animaruz damna
equanimit tolerat: iacturam vero rerū tem
poralium: repellere etiam cum spiritus com
C motione festinat: cūctis veraciter indicat te
ste mentis perturbatiōe quid amat. Ibi q̄p
pe est grande studiuz defensionis: vbi ⁊ gra
uior vis amoris. Nam q̄tomagis terrena di
ligit: tanto priuari eis vehemētius pertime/
scit. Qua enim mente aliquid in hoc mundo
possidemus non docemur: nisi cuz amittim⁹
Sine dolore nāq; amittit: quicq̄d sine amo/
re possidetur. Que vero ardenter diligimus
habita grauiter suspiram⁹ ablata. Quis au/
tem nesciat: quia nostris vsibus res terrenas
dominus condidit: suis autem animas ho/
minū creauit? Plus ergo deo se amare con/
uincitur: qui neglectis his que eius sunt ꝓ/
pria tuetur. Perdere nanq; hypocrite ea q̄
dei sunt. id est. animas hominū non timent:
et ea que sua sunt amittere: videlicet res cuz
mundo transeūtes quasi districtio iudici po
situri rationes timent: ac si placatum inueni
ant: cui desideratis rebus. id est. rationabili
bus perditis insensibilia ⁊ non quesita con/
seruant. Possidere aliquid in hoc mūdo vo
Lu.14. lum⁹: ⁊ ecce veritas clamat: Nisi quis renū/
ciauerit omnibus que possidet nō potest me
us esse discipulus. Perfectus igitur christia
nus quomodo debet res terrenas iurgando
defendere quas non precipitur possidere?
Itaq; cum res proprias amittim⁹: si perfe/
cte deum sequimur in hui⁹ vite itinere: a ma
gno onere leuigati sumus. Cum vero curaz
rerum nobis eiusdem itineris: necessitas im/
ponit: quidam dum eas rapiunt solūmodo
tolerandi sunt: quidaz vero conseruata cha
ritate prohibendi: non tamē sola cura ne no
stra subtrahant: sed ne rapientes: non sua se/
metipsos perdāt. Plus quippe ipsis rapto/
ribus debemus metuere: q̄ rebus irrationa
bilib⁹ defendētes inhiare. Illa nāq; etiā nō
rapta moriētes amittim⁹: cū illis vero ⁊ nūc
conditionis ordine: si corrigi studeant post
perceptionē muneris: vnū sumus. Quis au
tem nesciat: quia minus ea quibus vtimur ⁊
plus debemus amare quod sumus? Si er/
go ⁊ pro sua vtilitate raptoribus loquimur:
iam non solum nobis que temporalia: sed ip
sis etiam que sunt eterna vendicam⁹. Qua i
re illud est solerter intuendū: ne per necessita
tis metum cupiditas surrepat rerum: ⁊ zelo
succensa prohibitio ⁊ impetu imoderatio re
distensa: vsq; ad odiose turpitudinem contē
tionis erumpat. Dumq; pro terrena re pax
a corde cum proximo scinditur: liquido ap/
paret: quia plus res q̄ proximus amatur.
Si enim charitatis viscera etiam circa rap/
torem proximū non habemus: nosmetipsos
peius ipso raptore persequimur: grauiusq;
nos quā alter poterat deuastam⁹: quia dile/
ctionis bonū spōte deserētes a nobisipsis in/
tus est quod amittim⁹: qui ab illo sola exte/
riora perdebamus. Sed hanc hypocrita for
mam charitatis ignorat: quia plus terrena
q̄ celestia diligens contra eum qui tempora
lia diripit: sese i intimis imani odio inflāmat

XI

A Sciendū vero est: quia sunt nō
nulli quos charitatis gremio nutri/
ens mater ecclesia tolerat: quousq;
ad spiritalis etatis incrementa perducat: q̄
nōnunq̄ ⁊ sanctitatis habitum tenent: ⁊ ꝑ/
fectionis meritum exequi nō valent. Ad bo
na nanq; spiritalia mime assurgunt: ⁊ idcir/
co his qui sibi coniūcti sunt ad tuenda ea: q̄
terrena sunt seruiunt: ⁊ nōnunq̄ in defensio
nis eiusdem iracundia excedūt. Hos neq̄q̄
credendum est in hypocritaruz numerū cur
rere: quia aliud est infirmitate aliud est mali
cia peccare. Hoc itaq; inter hos ⁊ hypocri/
tas distat: quod isti infirmitatis conscij ma/
lunt a cunctis de culpa sua redargui q̄ de fi/
cta sanctitate laudari. Illi vero ⁊ iniq̄ se age/

re certi sunt: ⁊ tamen apud humana iudicia de nomine sanctitatis intumescũt. Isti non metuũt prauis hominib⁹: etiam de bona actione displicere: dum iudicijs supernis tantummodo placeant: illi vo nunq̃ quid agãt sed quomodo ō actione qualibet hominib⁹ possint placere considerãt. Isti iuxta moduz sue intelligentie: etiaz in rebus seculi militãt causis dei: ⁊ illi iam per causas dei intentiõe deseruiunt seculo: quia inter ipsa quoq̃ que se agere sancta opera ostendunt: non conuersationẽ querunt hominũ: sed auras fauorũ. Igitur cum quosdam non despecte conuersatiõis viros iracũde vt nimie defendere terrena conspicimus debemus hoc in illis per charitatem reprehendere nec tamen eos reprehendẽdo desperare: quia plerunq̃ vni eidemq̃ homini ⁊ insunt quedam iudicabilia que apparent ⁊ magna que latẽt. In nobis autem sepe magna in facie ꝓdeũt: ⁊ nõnũq̃ que reprehendẽda sunt occultant. Hinc ergo humilianda est nostre mentis elatio: q⁹ ⁊ illorum infirma sunt publica ⁊ nostra secreta et rursum fortia illorum secreta sunt: ⁊ in publico nostra vulgant. Quos ergo de aperta infirmitate reprehẽdim⁹ supest: vt ō occulte fortitudinis estimatione veneremur: ⁊ si se ō aperta firmitate nostra mens eleuat: occulta sua infirma considerans sese in humilitate p̃mat. Sepe eni nõnulli multis preceptis obsequunt: ⁊ quedam pauca pretereũt: ⁊ nos multa pretermittim⁹ cum pauca seruamus. Unde fit plerũq̃ vt quia quod seruare nos nouimus hoc preterire alios videmus: illico nostra se in elatione mens eleuet obliuiscens q̃ multa pretereat: cum valde sint pauca q̃ seruat. Necesse est igitur vt in quibus alios reprehendim⁹: elationem solicite nostre cogitationis inclinem⁹: quia si sublimiorẽ se ceteris noster animus conspicit: quasi precipitio singularitatis ductus: heu peius ruit: Sed cur hypocrita celestia lucra deserens terrena elaboret: subiungit dicens: Priuauit eam deus sapientia nec dedit illi intelligentiã. Quãuis aliud sit priuare aliud non dare: hoc tamen repetijt subdendo non dedit quod premisit priuauit Ac si diceret: Quod dixi priuauit: non iniuste sapientiam abstulit sed iuste non dedit: Unde ⁊ pharaonis cor dominus obdurasse describitur non q⁹ ipse duriciaz contulit: sed quod exigentibus eius meritis: nulla illud desuper infuse timoris sensibilitate molliuit Sed nũc hypocrita quod sanctum se simulat quod sub imagine boni operis occultat: sancte ecclesie pace premitur: ⁊ idcirco ante nostros oculos religionis visione vestitur. Si qua ergo temptatio fidei erũpat: statim lupi mens rabida habitu se ouine pellis expoliat q̃tumq̃ contra bonos seuiat: persequens demonstrat. Unde ⁊ recte subditur:

V Cũ tempus fuerit in altum alas erigit: deridet equitem ⁊ ascensorem eius. Quid eniz alas huius strutionis accipim⁹: nisi pressas hoc tempore quasi cõplicatas hypocrite cogitationes? Quas cum tempus fuerit in altum eleuat: quia oportunitate comperta eas superbiendo manifestat. Alas in altum erigere est per effrenatam superbiam cogitationes aperire. Nunc autem: quia sanctuz se simulat: quia in semetipso stringit que cogitat alas in corpore per humilitatem plicat. Tex.

Notanduz vero est: q⁹ non ait V XII deridet equũ ⁊ ascensorem: sed equitem ⁊ ascensorem eius. Equus quippe est vnicuiq̃ sancte anime corpus suũ: qõ videlicet nouit ⁊ ab illicitis continẽtie freno restringere: ⁊ rursum charitatis impulsu in exercitatione boni operis relaxare. Equitis ergo nomine anima sancti viri exprimit: que tumentũ corporis bene subditum regit. Unde ⁊ iohannes apostolus in apocalypsi dominũ contemplatus ait: Et exercitus q̃ sunt in celo sequebantur eũ in equis albis. Multitudinem quippe sanctorum que i hoc martyrij bello sudauerat recte exercitum vocat: qui idcirco in equis albis sedere referuntur quia nimirum eorum corpora ⁊ luce iusticie et castimonie candore claruerunt. Deridet ergo hypocrita equitem: quia cuz ipse in apto iniquitatis eruperit: electorũ despicit sanctitatem: ⁊ elatos fatuos appellat: quos pace pressus fidei: calida arte simulabat. Quis vero alius huius ascensor est equitis nisi omnipotens deus: qui ⁊ ea que non erant ꝓuidens condidit: ⁊ ea que possidens regit. Ascendit quippe equitem: quia iusti vniuscuiusq̃ viri animũ possidet: sua bene membra possidentem. Huic ergo hypocrite deridere est equitem: sanctos despicere: deridere vo est ascensorem equitis prosilire: vsq̃ ad iniuriam creatoris. Quia enim in vno quoq̃ lapsu a mimis semper incipitur ⁊ succrescentibus defectibus ad grauiora peruenit: recte hypocrite huius iniquitas p̃ supposita detrimenta distinguit: vt dicatur prius bonuz se quod non sit ostendere: postmodũ vo bonos aperte despicẽ: ad extremũ quoq̃ vsq̃ ad iniuriam conditoris exilire. Nunq̃ quippe illic anima quo ceciderit iacet: quia volũ-

tarie semel lapsa ad peiora pondere suē iniq/
tatis impellitur: vt in profundū corruens sp
C adhuc profundius obruatur. Erat ergo hy/
pocrita ⁊ nunc suas laudes appetat: postmo
dum vitam proximoꝝ premat ⁊ quandoq;
se in irrisione sui conditoris exerceat: vt quo
elatiora semp excogitat: eo se supplicijs atro
ciorib⁹ imergat. Q̄ q̄ multos tales nunc
sancta ecclesia tolerat: quos cum temp⁹ erū/
perit: temptatio aperta manifestat. Qui vo/
luntates suas: quia contra eam modo non
exerunt: quasi complicatas interim alas co/
gitationū premunt. Quia enim a bonis ma/
lisq; hec vita cōmuniter ducitur: nunc eccle
sia ex vtroruncq; numero visibiliter congre/
gatur: sed deo inuisibiliē iudicante discerniē
atq; in exitu suo a reprobor⁹ societate se/
B paratur. Modo vero esse in ea: nec boni si/
ne malis: nec mali sine bonis possunt: Hoc ei
tempore conuicta vtraq; pars sibi necessa/
rio congruit: vt ⁊ mali mutenē per exempla
bonorum: ⁊ boni purgenē per temptamēta
malorum. Atq; ideo domin⁹ postq; sb̄ stru/
tionis specie multa de hypocritarū reproba
tione intulit mox ad electoꝝ sortez verba cō
uertit: vt qui in illis audierant quod fugien/
tes tolerent: in istis audiant quod imitantes
Tex. ament. Sequitur. Nūquid prebebis eq̄
fortitudinem aut circūdabis collo eius hin/
nitum. Sed fortasse priusq; huius equi fortī
tudinem hinnitūq; disseramus ab aliquib⁹
queritur vt aliter vt etiam moralitate posti/
posita: ⁊ rinocerotis virtus: ⁊ strutionis hu
ius fatuitas exponatur: Manna quippe ē
verbum dei: ⁊ quicquid bene volūtas susci/
pientis appetit: hoc profecto in ore comedē
tis sapit. Terra ē verbum dei: q̄ q̄to labor
inquirentis exigit: tanto largius fructū red/
dit. Bebet ergo intellectus sacri eloquij mul
tiplici inquisitiōe ventilari: quia ⁊ terra que
sepius arando vertitur: ad frugem vberius
aptatur. Que igit̄ aliter ō rinocerote ac struc
tione sentimus sub breuitate perstringimus
quia ad ea que obligatoria sunt enodāda p/
peramus. V XIII
A Rinoceros iste qui etiaz monoceros
in grecis exemplarib⁹ nominat̄: tan
te esse fortitudinis dicitur: vt nulla venantiū
virtute capiatur. Sed sicut hi asserunt q̄ de/
scribendis naturis animaliū laborioſa inue/
stigatione sudauerunt: virgo ei puella ꝓpo/
nitur que venienti sinū aperit: in quo ille oi
ferocitate postposita caput ponit: sicq; ab
eis a quibus capi querit: repente velut iner
mis inuenit. Buxei quoq; coloris esse descri
bitur: qui etiam cum elephantis quādo cer/
tamen aggreditur: eo cornu quod i nare sin/
gulariter gestat: ventrem aduersantiū ferire
perhibet̄: vt cum ea que molliora sunt vul/
nerat: impugnātes se facile sternat. Potest
ergo per hunc rinocerotē vel certe monoce/
rotem scilicet vnicornē ille populus intelli/
gi: qui dum de accepta lege non opera: ⁊ so/
lam inter cunctos homies elationē sumpsit:
quasi inter ceteras bestias cornu singulare
gestauit. Vnde passionē suam dñs ꝓpheta
canente ꝓnūcians ait: Libera me de ore leo
nis: ⁊ de cornib⁹ vnicorniū humilitatē meā.
Tot quippe in illa gente vnicornes vel cer/
te rinocerotes extiterūt: qō contra predica/
menta veritatis de legis operib⁹ singulari:
et fatua elatione consili sunt. Beato igit̄ iob
sancte ecclesie typum tenenti dicit̄: Nunq̄d
volet rinoceros seruire tibi. Ac si aperte di/
catur: Nunq̄d illum populū: quem superbi
re in nece fidelium stulta sua elatione consi/
deras: sub iure tue predicatiōis inclinas? sb̄/
audis vt ego: qui ⁊ contra me illuz singulari
cornu extolli conspicio: ⁊ tamen mihi cū vo/
luero protinus subdo. Sed hoc melius ostē
dimus: si de genere ad speciem transeamus.
Ille ergo ex hoc populo ⁊ prius in superbia
et postmodū precipuus testis in humilitate
nobis ad mediū paulus ducatur: qui dum
contra deum se quasi de custodia legis nesci
ens extulit cornu in nare gestauit. Unde et
hocipsum naris cornu per humilitatē post/
modum inclinans dicit: Qui prius fui blas/ 1.Thi.1.
phemus ⁊ persecūtor ⁊ ꝓtumeliosus: sed mi
sericordiam consecutus sum: quia ignorans
feci. In nare cornu gestabat: qui placituruz
se deo de crudelitate cōfidebat: sicut ipse ꝓ C
modum semetipsum redarguens dicit: Et p
ficiebam in iudaismo supra multos coetane/
os meos in genere meo: abūdantius emula/
tor existens paternarū mearum traditionuz
Huius autem rinocerotis fortitudinem om
nis venator extimuit: quia saulī seuitiā vn us
quisq; predicator expauit. Scriptum nanq̄ Act.9.
est: Saulus autem adhuc spirans minarum
et cedis in discipulos dñi: accessit ad princi/
pem sacerdotū ⁊ petijt ab eo epistolas in da
mascum ad synagogas vt si quos inuenisset
huius vie viros ac mulieres vinctos ꝓduce
rē: in hierusalem. Cum flatus nare redden/
duz trahit̄ inspiratio vocatur: ⁊ illud sepe
p odorē nare depēdim⁹ qō oculis n̄ videm⁹
Rinoceros ḡ iste nare gestabat cornu q̄ pcu
teret: quia minarū ⁊ cedis in discipulos spi/
rans: postq; presentes interfecerat absentes

querebat. Sed ecce omnis ante illū venator abscondit. id est. omnis homo rationale sapiens opinione timoris eius effugat. Ut ergo hunc rinocerotē capeat: sinū virgo. id est secretū suū ipsa per se inuiolata in carne dei sapientia expandat. Scriptuz quippe est q cum damascū pergeret: subito circūfulsit illum die media lux de celo: z vox facta est B dicens: Saule saule q̄d me psequeris? Qui pstratus in terra respondit. Quis es domine? Cui ilico dicit: Ego sum iesus nazarenus quē tu psequeris. Virgo nimirū rinoceroti sinū suū aperuit cū saulo incorrupta dei sapientia incarnationis sue mysteriū ō celo loquendo patefecit: z fortitudinē suam rinoceros pdidit: quia prostratus humi omne qō superbū tumebat amisit. Qui dum sblato oculor lumine: manu ad ananiā ducitur: patet iam rinoceros iste quibus dei loris astringitur: quia videlicet vno in tempore cecitate pdicatione baptismate ligat. Qui etiaz ad dei psepe morat' est: quia ruminare verga euangelij dedignat' non est: ait eni: Ascendi hierosolymam cum barnaba assumpto z tito. C Ascendi autem sm reuelationem: z contuli cum illis euangeliū. Et qui priuſ ieiunus audierat: durum est tibi contra stimuluz calcitrare: mira postmodū virtute psidentis pressus: z verbi pabulo vires obtinuit z calcem superbie amisit. Loris nanq̄ dei non tantū a feritate restringit sed qō magis sit mirabile ad arandū ligatur: vt non solum homines crudelitatis cornu non impetat; sed corum etiam refectioni seruiens aratrum pdicationis trahat. Ipse quippe de euangelizantib' 1.Cor.9. quasi de arantibus dicit: Debet eni spe qui arat arare: z qui triturat in spe fruct' pcipē di. Qui igit tormēta prius infidelib' irrogauerat: z p fide postmodū flagella libenter portabat: qui scriptis etiaz epistolis humilis ac despectus predicat q ō duduz terribilis impugnabat: pfecto bene ligat' sub aratro desudat ad segetem: qui fuerat in campo male liber a timore. De quo recte dicit. ℣ XIIII Lex A Ut confringet glebas valliū post te Jam scilicet domin' grundā mētes intrauerat: qui illum veracit hūani generis redēptorē credebāt. Qui tamē cum nequaq̄ a pristina obseruatione recederent Balt.5. cum dure litere pdicamenta custodirēt: eis pdicator egregius dicit: Si circūcidami christus vobis nihil pderit. Qui ergo in humili mēte fidelitū legis duriciā redarguēdo ptriuit: q̄d aliud q̄ in valle post dñm glebas fregit: ne videlz grana seminū que excisus aratro fidei sulcus cordis exciperet per custodiam littere pressa deperirent. De quo bñ adhuc subdit: ℣ Nunq̄d fiduciam habebis in Lex magna fortitudine eius: z derelinques ei labores tuos? In rinocerotis huius fortitudine fiduciam deus habuit quia q̄to illū crudelius sibi dura inferendo pertulit: tanto p B se constantius tolerantem aduersa presciuit. Cui labores etiam quos in carne pertulerat dereliquit: quia puersum illū vsq̄ ad imitationē ppie passionis traxit. Unde z p eundem rinocerotē dicit: Suppleo ea que desunt passionū christi in carne mea. De q̄ adhuc subdit: ℣ Nunq̄d credis ei q reddat se Lex. mentē tibi: z aream tuam pgreget. Considerem⁹ saulum quis fuerit: cum ab ipsa adolescentia lapidantiū adiutor existeret: cū alia ecclesie loca vastaret: z acceptis epistolis vastanda alia peteret cum mors ei fideliū nulla sufficeret sed semper ad alior mterituz alijs extinctis anhelaret: z profecto cognoscim⁹ quia nullus tunc fideliū crederet: q ad iugū suū deus sue formidinis vim tante elationis inclinaret. Unde z ananias voce dñica hūc et postq̄ conuersum audiuit extimuit dicēs: Dñe audiui a multis de viro hoc q̄ta mala sanctis tuis fecit in hierusalem. Qui tamen C repente cōmutatus ab hoste predicator effitur: z in cunctis mundi partibus redēptoris sui nomen insinuat supplicia pro veritate tolerat: pati se que irrogauerat exultat: alios blandimentis vocat: alios ad fidez terroribus reuocat ℣ Istis regnū pollicet cetestis patrie: illis minat ignes gehenne. Hos per auctoritatem corrigit: illos ad viam rectitudinis per humilitatem trahit: atq̄ in oi latere ad manū se sui rectoris inclinat: z tanta arte dei aream congregat q̄ta illam priuſ elationis cornu ventilabat. ℣ XV Sed neq̄ hoc abhorret a paulo: q rinoceros buxei coloris dicit: z elephantor ventres cornu ferire phibet. Ut enim viuere sub rigore legis assueuit: artius ceteris in illo custodia: vniuscuiusq̄ virtutis moleuit. Quid enim colorem buxeum: nisi abstinentie pallor exprimitur? Cui ipse se tenaciter adherere testatur dicens: Castigo 1.Cor.9. corpus meum z seruituti subijcio: ne forte alijs predicans: ipse reprobus efficiar. Qui diuine legis eruditione preditus: dum aliorum ingluuiem redarguit: cornu elephantes in ventrem ferit. In ventrē quippe elephātes pcusserat cum dicebat: Multi ambulāt Phil.3. quos sepe dicebam vobis: nūc autez z flens dico inimicos crucis christi: quoruz finis in-

teritus: quorum venter deus est: ⁊ gloria in
Ro.16. confusione ipsorum. Et rursum: Huiusmo/
di christo domino non seruiunt: sed suo ven
tri. Cornu suo igitur rinoceros iste non iam
homines sed bestias percutit: q̄ndo ille pau
lus doctrine sue fortitudine nequaq̄ perimē
dos humiles impetit: sed superbos ventris
B cultoris occidit. Que ergo in paulo scripta
cognouim⁹ superest vt facta ⁊ in alijs creda
mus. Multi quippe ad humilitatis gratiaz
ex illius populi elatione conuersi sunt quoꝝ
seuiciam dominus dum sub iugo inspirati ti
moris edomuit: nimirū rinocerotis sibi forti
tudinem subegit. Sed quia mirā dei poten/
tia quid de electis egerit audiuim⁹ nunc mi/
ra eius patientia in his quos reprobat quid
Tex. tolerauerit audiam⁹. ¶ Pēna strutiōis simi
lis est pennis herodij ⁊ accipitris. Quid stru
tionis nomine: nisi synagoga signatur? que
alas legis habuit: sed corde infimis repens
nunq̄ se a terra subleuauit. Quid vero per
herodium ⁊ accipitrem: nisi antiqui patres
C exprimunt: qui ad ea que potuerunt intelli/
gendo perspicere valuerunt etiam viuendo
peruolare. Penna igitur strutionis herodij
et accipitris pennis est similis: quia synago/
ge vox priorum doctrinam loquēdo tenuit:
sed viuendo nesciuit. Unde ⁊ eiusdem syna
goge populos: de phariseis atq̄ scribis ve/
Mat.23. ritas ammonet dicens: Super cathedram
moysi sederunt scribe ⁊ pharisei. Omnia er/
go quecunq̄ dixerint vobis seruate ⁊ facite
s̄m opera vero eorum nolite facere. Mul/
ta autem dicere d̄ herodij vita potuim⁹: sed
quia penna eius tm̄modo ad memoriam de/
ducitur de vita loqui ꝓhibemur. ¶ XVI

Tex. A Qui dereliquit in terra oua sua tu for
sitan in puluē calefacies ea. In ouis
aliud est quod cernitur: aliud quod
separatur: ⁊ videri spes non potest: paulo at
Ro.8. testante qui ait: Qd̄ enim videt quis q̄d spe
rat? Qui ergo per strutionis oua: nisi de sy/
nagoge carne editi apostoli designant: qui
dum se in mūdo despectos atq̄ humiles ex
hibent: sperare gloriam in supernis docent.
Abiecti nanq̄ ⁊ quasi nullius momēti atq̄
apud elatos habiti: in terra velut oua iacue/
runt: sed intus in eis latebat vnde viuerent:
et subleuati spei pennis ad celestia volarēt.
Que oua strutio in terra derelinquit: q̄ eos
quos carne genuerat synagoga apostolos
audire contemnēs vocande gentilitate dese
ruit. Mira autem potentia domin⁹ hec ea/
dem in puluere oua calefacit: q̄ viuos apo/
stolorum fetus in illa abiecta dudum gentili
tate suscitauit: ⁊ quos synagoga velut insen/
satos inuiuificatosq̄ despexerat ipsi nūc i ve
neratione gentium per doctrine magisteriuz
viuentes volant. Oua sua strutio in pulue/ B
re derelinquit: quia omnes quos predicādo
synagoga genuit a terrenis desiderijs mīme
suspendit. Que nimirū desideria quia anti/
quus hostis concepta in corde inuenit: ob/
sessas mentes etiam in scelerib⁹ rapit. Unde
et subdit: ¶ Obliuiscit q̄ pes conculcet ea: Tex.
et bestia agri conterat. Tunc oua pes calcat
et bestia agri conterit cum in terra deserunt
q̄ videlz humana corda dum semper terre/
na cogitare: semper que ima sunt agere ap/
petunt: ad conterendū se agri bestie. id ēdia/
bolo sternūt: vt cū diu in infima cogitatione
abiecta sunt quandoq̄ etiam maioꝝ crimi/
num perpetratione frangant. Synagoga g̃
oua que genuit: a terra suspendere bene vi/
uendo neglexit. Sed omnipotēs deus mul/
tos ei⁹ filios q̄uis in terrenis desiderijs mor
tuos ac frigidos reperit: calore tam̄ sui amo/
ris animauit. Sed vitam quā filijs synago/
ga non dedit: hanc postmodū inuidit: dum C
moliretur persequēdo extiguere quos se ad
bona opera non meminerat fouendo genuis
se. Unde ⁊ apte de hac strutione subditur: Tex
¶ Durat ad filios quasi non sint sui. Quasi
non suos respicit quos aliter viuere q̄ docu
it ipsa deprehendit ⁊ durescēte seuitia terro/
ris ammonet: seq̄ in eoꝝ cruciatib⁹ exercet:
atq̄ inuidia facibus inflāmata in quibus nō
laborauit vt possent viuere: laborat vt debe
ant interire: ⁊ cum dn̄i membra persequitur
placare se per hoc dn̄m suspicatur. Unde et
eisdem strutionis ouis veritas dicit: Venit Jo.16.
hora vt omnis qui interficit vos: arbitretur
obsequiū se prestare deo. Quia ergo dū cru
delitate ad persequendū synagoga ducitur:
hoc se agere impulsu diuini timoris arbitra/
tur: recte sb̄iungit: ¶ Frustra laborauit: nul Tex
lo timore cogente. In labore quippe illā per
secutionis anhelare: non timor sed crudeli/ D
tas coegit. Sed q̄ plerunq̄ vitia colore vir
tutum tincta: tanto nequiora sunt: q̄to ⁊ eē
vitia mīme cognoscunt: eo in persecutiōe sy
nagoga durior extitit: quo religiosorez se fie
ri fidelium mortib⁹ estimauit: ⁊ idcirco q̄ age
ret discernere oīno non potuit: quia lumē si/
bi intelligētie: per subbie obiectionē clausit.
Unde ⁊ bene subdit: ¶ Priuauit eaz deus Tex
sapientia: nec dedit illi intelligentiam. Di/
strictum quippe est occulte retributionis ex
amen: ⁊ quia sciens humilitatez perdidit eti/
am veritatis intelligentiam nesciens amisit

Valde autem minora sunt vulnera que i re/
demptoris aduenta fidelibus intulit quã ea
quibus sanctam ecclesiam adhuc per aduẽ/
tum antichristi ferire ꝓtendit. Ad illud nãq;
se tempus preparat: vt vitam fidelium coa/
ceruatis viribus premat. Unde ꝛ apte sub/
ditur. ℣ XVII

Ier. 4 Dum tempus fuerit in altum alas erí
git: deridet equitem ꝛ ascensorẽ eius
In altum structio alas erigit: quãdo suo cõ/
ditori synagoga non vt antea formidãdo: ſ
aperte iam repugnando contradicit. In mẽ
bra quippe diaboli transiens ꝛ mẽdacij hoi
nem deum credens contra fideles tanto i
altum extollitur: q̃to dei corpus se esse glo/
riatur. Que quia non solum humanitatem
domini sed ipsam etiam diuinitatem despi/
cit: non tantum equitem: sed ascensorem eti/
am equitis irridet. Nam custodita vnitate
persone valet intelligi: quia verbum dei tũc
equitem ascendit, quando animatã carnem
B sibi intra vterum virginis condidit. Tunc
equitem ascendit: quando humanaz animã
proprie carni presidentẽ diuino cultui semet
ipsũ creando subiugauit. Carnez quippe di/
uinitas anima mediante suscepit: ꝛ per ℔ to
tum simul equitem tenuit: quia in semetipso
non solum illam que regebat: sed hanc etiaz
que regebat astrinxit. Judea igitur per ad/
uentum superbientis antichristi laqueo se/
ductionis capta: quia redemptorem nostrũ
humilem fuisse inter homines despicit deri/
det equitem quia eius in omnib⁹ diuinitate
C contradicit: deridet nihilominꝰ ascensorem.
Sed redemptor noster vnus idẽq; ꝛ eques
ꝛ equitis ascensor: ꝛ cũ in mundũ venit: fora/
tes contra mundũ predicatores exhibuit: et
eum in mũdi termino antichristi fallaciaz to
lerat: virtutem pro se certantib⁹ sbministrat:
vt cuz antiquus hostis in illa sua citius fini
enda libertate laxat: fideles nostri tanto ma
iores vires accipiant: q̃to contra aduersari
um solutum pugnant. Unde hic cuz structio
alas eleuare ascensorẽ ꝛ equitez deridere de
Ier scribitur illico fortium predicatorũ memoria
sbrogatur ꝛ dicit: ℣ Nunquid prebebis eq̃
fortitudinem: aut circũdabis collo eius hin/
A nitum. ℣ XVIII

In scriptura sacra equi nomine ali/
quando lubrica vita prauorũ: ꝛ ali/
quando dignitas temporalis: aliquando ℔
ipsum presens seculum: aliquãdo prepara/
tio recte intentionis: aliquando sanctus pre
dicator exprimitur. Equi enim nomie lubri/
ca prauoq; vita signatur: sicut scriptum est:
Nolite fieri sicut equus ꝛ mulus. Et sicut ꝑ ps.31.
prophetam dicitur: Equi amatores ꝛ emis/ Jere.5.
sarij facti sunt vnusquisq; ad vxorem proxi/
mi sui hinniebat. Equi nomine dignitas tẽ
poralis accipit: Salomone attestante q̃ ait: Eccs.10
Vidi seruos in equis: ꝛ principes ambulan
tes: quasi seruos super terram. Omis quip/
pe qui peccat: seruꝰ est peccati: ꝛ serui in eãs
sunt: cum peccatores presentis vite dignita/
tibus efferunt. Principes vero quasi serui
ambulabãt: cum multos dignitate virtutuz B
plenos nullus honor erigit: sed summa ꝑ ad
uersitas velut indignos deorsum ꝑmit. Hic
rursum dicitur: Dormitauerũt qui ascende/ ps.75.
runt equos. id est. in morte anime mẽtis ocu
los a veritatis luce clauserũt qui in presenti
vite honore confisi sunt. Equi nomine hoc/
ipsum presens seculum designat. Sicut ia/
cob voce dicitur: Fiat dan coluber i via: ce/ Gen.49.
rastes in semita mordens vngulas equi vt
cadat ascensor eius retro. Quo i testimonio
quid equus significet melius ostendum⁹: ſi
et ea que circũstant paulo subtilius expona/
mus. Nõnulli enim de tribu dan venire an/
tichristum ferunt ꝓ eo q̃ hoc loco dan: ꝛ co/
luber asseritur ꝛ mordens. Unde ꝛ non im/ C
merito dum israeliticus populus terras in
partitionem castroꝝ susciperet: primus dan
ad aquilonem castrametat⁹ est illum scilicet
signans qui in corde suo dixerat: sedebo in
monte testamenti in lateribus aquilonis. as
cendam super altitudinẽ nubiuz: similis ero
altissimo: de quo ꝛ per prophetam dicitur:
A dan auditus est fremitus equorum eius. Jere.8
Qui non solum coluber sed etiam ceraſtes
vocatur. Ceraſtes enim grece cornua dicũ/
tur: serpensq; hic cornutus esse perhibet:
per quem digne antichristi aduentus asseri/
tur quia contra vitam fidelũ cum morsu pe
stifere predicationis armatur etiam cornib⁹
potestatis. Quis autem nesciat semitam an
gustiorẽ esse q̃ viam. Fit ergo dan coluber D
in via: quia in p̃sentis vite latitudine eos am
bulare prouocat: quib⁹ quasi parcendo blã/
ditur: sed in via mordet quia eos quibus li/
bertatem tribuit: erroris sui veneno consu/
mit. Fit ceraſtes i semita: quia quos fideles
reperit: ꝛ sese ad precepti celestis angusta
itinera constringentes non solum nequitia
callide persuasionis impetit: sed etiam terro
re potestatis premit ꝛ inꝑsecutionis languo
re post beneficia ficte dulcedinis exercet cor
nua potestatis. Quo i loco equus hunc mũ
dum insinuat qui per elationem suam in cur
sum labentiũ temporꝝ spumat: ꝛ q; antichri

stus extrema mundi apprehendere nitit: ce/
rastes iste equi vngulas mordere perhibet.
Vngulas quippe equi mordere ē: extrema
seculi feriendo contingere: vt cadat ascenso/
eius retro. Ascensor equi est quisquis extol/
litur in dignitatib⁹ mundi. Qui retro cade/
re dicitur: ⁊ non in faciem sicut saulus ceci/
disse memorat. In faciem enim cadere est: in
hac vita suas vnūquemq; culpas agnosce/ B
re: ⁊ penitendo deflere. Retro vero quo nō
videtur cadere est ex hac vita repente decede/
re: ⁊ ad que supplicia ducatur ignorare.
Et quia iudea erroris sui laqueis capta: pro
christo antichristuz expectat: bene iacob eo/
dem loco repente in electoꝝ voce conuersus
Gen. 49. est dicens: Salutare tuū expectabo domie
id est. non sicut infideles antichristū: sed cuz
qui in redemptionē nostram venturus est:
verum credendo fideliter christū. Equi no/
mine perpetratio recte intentionis accipit si
Pro. 21. cut scriptū est: Equus paratꝰ in die belli: sed
domin⁹ salutem tribuit: quia contra tempta
tionem quidem se animus preparat: sed nisi
adiuuetur desuper salubriter non decertat.
Equi nomine sanctus quisq; predicator ac/
cipitur prophetа attestante qui ait: Ascendisti
in mare equos tuos: turbantes aquas mul/
tas. Quiete quippe aque iacuerūt: quia hua/
ne mentes diu sb̄ vitioꝝ suorum torpore so/
pite sunt. Sed equis dei mare turbatū est qz
missis sanctis predicatorib⁹ omne cor quod
pestifera securitate torpuit: impulsu salutife/
ri timoris expauit. Hoc itaq; loco equi no/
mine sanctus predicator accipitur cum bea/
to iob dicitur: ℣ XIX

An Unquid prebebis equo fortitudinē
aut circūdabis collo eius hinnituz ⁊
Sed quid est qz huic equo domin⁹ se prius
dare fortitudinē: ⁊ postmodū collo ei⁹ hin/
nitum circūdare se asserit. Hinnitu enī vox
predicationis exprimit. Verus autem q̄sq;
predicator ante fortitudinez ⁊ post hinnituz
accipit: quia cum in se prius vitia extinxerit:
tunc pro erudiēdis alijs ad vocem predica/
tionis venit. Equus iste habet fortitudinez
quia aduersa constanter tolerat. Habet hin/
nitum quia ad superna blandicis vocat. Hu
ic equo domin⁹ ⁊ fortitudinē ⁊ hinnitū se da
re testatur: quia in predicatore eius nisi ⁊ vi/
ta ⁊ sermo conueniant nequaq; virtus pfe/
ctionis apparebit. Non enī multū prodest si
sublimis vite opatione suffultus sit: si tamē
loquendo nō valet ad hoc alios excitare qō
sentit. Vel quid prodest bene loquendo ali/
os accendere: si semet ipsum indicat male vi/
uendo torpuisse. Quia ergo in p̄dicatore ne
cesse est: vt ad perfectionē vtraq; conueniāt
equo suo domin⁹ ⁊ cum actione fortitudine:
hinnitū vocis ⁊ cum hinnitu vocis fortitu/
dinem ministrat actionis. Et notandum cur
hinnitus qui interius nimirū per guttur du/
catur equi collo circūdari. id est. p quasi gy/
rum exterius trahi dicatur: quia videlicz p/
dicationis vox ō internis emanat: sed extra B
circūdat. Nam quo alios ad bene viuendū
suscitat: eo ad bene agendū ⁊ opera predicā/
tis ligat: ne extra sermonem actio transeat:
ne voci vita ꝓtradicat. Collo ergo equi hin/
nitus circūducit: quia ne ad peruersa opera
prodeat suis vocibus etiam vita predicantis
obsidetur. Hinc est enim qō potenter dimit/
cantibus: in munere torques datur vt quia
signa virtutum gestant: maioza semp exer/
ceant: ⁊ debilitatis crimen incurrere metuāt
dum in semetipsis iam fortitudinis est pmiū
quod ostentant. Unde ⁊ recte in laude sapi
entie auditori cuilibet per salomonē dicitur
Prouerbiorum gratiarū accipies capiti tuo: ⁊ tor Eccli. 32. Tex
quem auream collo tuo. Sequitur. ℣ Num
quid suscitabis eum quasi locustas? Locu/
starum nomine: aliquando iudaicus popu/
lus: aliquando conuersa gentilitas: aliquan
do adulantiū lingua: aliquando vero p com L
parationē resurrectio dīnica vel predicatorū
vita signatur. Quia enī iudeoꝝ populuz lo/
custe exprimāt vita iohannis signat de quo Mat. 3.
scriptū est: Locustas ⁊ mel silueſtre edebat.
Johannes quippe eum quem pphetie au/
ctoritate pronūciat: etiam specie ciboꝝ cla/
mat. In semetipso enim designauit dominū
quem preuenit. Qui nimirū in redēptionez
nostram veniens quia infructuose gentilita
tis dulcedinē sumpsit mel silueſtre edit. At
vero iudeoꝝ plebem in suo corpore ex par/
te conuertit in cibo locustas accepit. Ipsos
nanq; locuste significant: subitos saltus dā/
tes: sed protinus ad terram cadentes. Salt⁹
enim dabant: cum precepta domini se imple
re promitterent: sed citius ad terram cade/
bant: cum per praua opera hec se audisse de
negarent. Videamus in eis quasi quendam Iu. 14.
locustarū saltum. Omnia verba que locut⁹
est domin⁹ ⁊ faciemus ⁊ audiemus. Videa
mus autem quomodo citius ad terram ruūt
Utinam mortui essemus in egypto ⁊ non in
hac vasta solitudine. Utinam pereamus: et
non inducat nos domin⁹ in terrā istam. Lo/

Locuste ergo erant: quia habebāt saltū
per vocē: ⁊ casum p actionē. ℣ XX A
Locustarum quoq; noie gentilitas

Eccs. 12. designatur. Salomone attestante qui ait: Florebit amygdalus impinguabit locusta: dissipabit capparis. Amygdalus quippe florem prius cunctis arboribus ostendit. Et quid in flore amygdali nisi sancte ecclesie primordia designant: que in predicatoribus suis primitiuos virtutum flores aperuit: et ad inferenda poma bonorum operum venturos sanctos quasi arbusta sequentia preuenit. In qua mox locusta impinguata est: quia sicca gentilitatis sterilitas pinguedine est gratia celestis infusa. Capparis dissipat: quia cum gratiam fidei vocata gentilitas attigit: iudea in sua sterilitate remanens bene viuendi ordinem amisit. Hinc rursum per eundem salomonem dicit: Pro. 30. Legem locusta non habet: egredietur vniuersa per turmas quia videlicet derelicta gentilitas: aliena dudum a diuino regimine extitit: sed tamen ordinata postmodum contra aduersantes spiritus ad fidei bellum processit. Locuste vocabulo lingua adulantis exprimitur: quod exhibite celitus egyptie plage testantur que exigentibus meritis corporaliter semel illate sunt sed que mala prauas mentes quotidie feriant spiritaliter signauerunt. Scriptum nanque est: Exo. 10. Ventus vrens leuabit locustas que ascenderunt super vniuersam terram egypti: operueruntque vniuersam faciem terre vastantes omnia. Deuorata est igitur herba terre et quicquid pomorum in arboribus fuit. His enim egyptus plagis affecta est in quibus exteriori percussione commota: dolensque perpenderet: que deuastationis damna interius negligens toleraret vt dum foras perire minima: sed amplius dilecta cerneret: per eorum speciem et que intus pertulerat grauiora sentiret. Quid autem per significationem locuste pretendunt: que plusquam cetera minuta queque animantia. Humanis frugibus nocent: nisi linguas adulantium: que terrenorum hominum mentes si quando bona aliqua proferre conspiciunt: hec immoderatius laudando corrumpunt. Fructus quippe egyptiorum est operatio xenodoxorum: quam locuste exterminant: quando adulantes lingue ad appetendas laudes transitorias cor operantis inclinant. Herbam vero locuste comedunt quando adulatores quique verba loquentium fauoribus extollunt. Poma quoque arborum deuorant: quando vanis laudibus quorundam iam quasi fortium et opera eneruant. Locuste nomine per compationem redemptoris nostri resurrectio designatur.

XXI

Ps. 108. A Vnde et voce eius per prophetam dicit: Excussus sum sicut locusta. Teneri enim a persecutoribus vsque ad mortem pertulit sicut locusta excussus est: quia ab eorum manibus saltu subite resurrectionis euolauit. Quod referri quoque ad predicatorum numerum potest. In ipsis quippe sicut locusta excessus est qui iudea in sua persecutione seuiente: dum per diuersa fugiunt: quasi quosdam recessione sue saltus dederunt. Quia vero ille predicator ad perfectionis culmen erigitur: qui non actiua solummodo: sed etiam contemplatiua vita solidatur recte ipsa predicatorum perfectio locustis exprimitur que quotiens se in aera attollere conantur: primum se cruribus impellentes subleuant: et postmodum alis volant. Ita nimirum sunt sancti viri: qui dum superna appetunt: primum quidem operibus innituntur: et tunc demum se ad sublimia per contemplationis saltum volando suspendunt. Crura figunt: et alas exerunt quia recta agendo se stabiliunt: et alta videndo subleuantur. Qui in hac vita positi: diu in diuina contemplatione manere non possunt: sed quasi locustarum more a saltu: quem dederant in pedibus suis se excipiunt dum post contemplationum sublimia ad necessaria actiue vite opera reuertuntur: nec tamen in eadem vita actiua remanere contenti sunt. Sed dum ad contemplationem desideranter exiliunt quasi rursus aera volantes petunt: vitamque suam quasi locuste ascendentes descendentesque peragunt: dum sine cessatione semper et summa videre appetunt et ad semetipsos nature corruptibilis pondere reuoluunt. Est adhuc aliud quod locuste simile sanctis predicatoribus gerunt. Matutinis nanque horis. id est. teporis tempore vix a terra se subleuant: cum vero estus exarserit: tanto altius: quanto alacrius volant. Sanctus autem quisque predicator: cum quieta fidei tempora conspicit humilis ac despectus aspicitur: et locuste more quasi vix a terra subleuatur. Si autem persecutionis ardor incandeat corde celestibus inherens mox quante sit sublimitatis ostendit: et pulsatus alis in altum rapitur: qui quietis in imis torpuisse videbatur. De hoc ergo equo. id est. predicatore suo beato iob dominus dicit: Nunquid suscitabis eum: quasi locustas: Subaudis vt ego: qui eo illum ad altiora excitando subleuo: quo grauiora persecutionis estu: excruciare permitto: vt tunc in illo rubustior virtus euigilet: cum et ardentior infidelium crudelitas illidit. Sed cum multa exterius sanctus predicator patitur: cum dira persequentium vexatione cruciatur: quis intueri valet quid est quod intus conspicit quam tot sua exterius damna non sentit. Nisi ei essent mira: quam salubriter intus pascerent:

ea que ꝓculdubio admouent̃ exterius vsq̃
ad cor tormenta ꝑuenirent. Sed in arce spei
se animus sb̃leuat: ⁊ idcirco obiecte seditiõis
iacula mime formidat. Unde ⁊ hoc loco do
minus vt ostendat equus iste q̃ suauia iam
de internis odoretur cum tot aduersa in ex/
Lex. teriorib⁹ patitur: recte sb̃iũgit: ¶ Gloria na
rium eius terra. In scriptura sacra vocabu
B lo narium aliquando fatuitas: aliquando an
tiqui hostis instigatio: aliquando vero p̃sci
entia solet intelligi. Naribus nanq̃ fatuitas
designatur: sicut iam superius salomone at/
Pro. 11 testante didicim⁹ qui ait: Circulus aureus i
naribus suis: mulier pulchra ⁊ fatua. Nariũ
nomine exalantes insidie atq̃ instigatio an/
tiqui hostis accipitur: quod in hoc eodem li
bro dñs attestatur dicens: De naribus eius
ꝓcedit fumus. Ac si dicat: De peruersa insti
gatione illius in humanis cordib⁹ caligo ne
quissime cogitationis surgit: per quã viden/
tium oculi tenebrescant. Naribus quoq̃ p̃/
scientia designatur: sicut per prophetam di/
Esa. 2. citur: Quiescite ab homine cuius spirit⁹ est
in naribus ei⁹: quia excelsus reputat⁹ ẽ ipse.
Sepe enim id quod non videmus: odore cõ
prehendim⁹: ita vt nõnulle res etiam cũ lon/
ge iaceant fraglantiaꝫ nobis sue qualitatis
innotescant: dumq̃ per nares spiritum duci
mus plerunq̃ aliqua ⁊ inuisa prescim⁹. Re/
E demptoris ergo nostri spiritus esse in ei⁹ na/
ribus dicitur: vt videlicet scientia illius esse
in p̃sciẽtia designet̃: quia quecũq̃ se scire in
natura humanitatis innotuit: hec nimirum
ante secula ex diuinitate p̃sciuit. Qui vñ spi/
ritum in naribus habuerit mox per ꝓphetã
Ubi. 3 sb̃iungit dicẽs: Quia excelsus reputat⁹ ẽ ip/
se. Ac si diceret: In inferiorib⁹ ventura de/
sup̃ presciuit: quia ad ima de celestib⁹ venit.
Sancti etiam viri qui ab illo audita credide
runt: ipsi quoq̃ iam ventura presciunt dum
eius fideliter preceptis inseruiunt: aduentuꝫ
illius spe certa prestolant̃. Unde ⁊ hoc loco
equi huius naribus predicatoris sancti pre/
scientia ac prestolatio designatur. Dum eniꝫ
venire extremum iudicium: ostendi celesteꝫ
patriam: persolui iustis premia appetit qua/
si per nares spiritum de futuris trahit. Sed
gloria narium eius terror est: quia visionẽ di
stricti iudicis: quã iustus vehementer expe/
ctat: iniustus venire formidat. Iste nãq̃ la/
bores suos ꝯsiderans mercedem retributio
nis querit: ⁊ cause sue meritũ sciens p̃sciẽtiã
iudicia expetit: eumq̃ vt veniat in flãma ig/
nis dans vindictam impijs ⁊ ꝯtemplationis
sue speciem in retributione deferẽs pijs sum
mo ardore ꝯcupiscit. Ille vero quia iniusti/ F
cie sue meminit venire iudiciuꝫ perhorrescit
actusq̃ suos examinari metuit: quia dãnari
si examinentur nouit. Gloria ergo nariũ ei⁹
terror est: quia iustus inde gloriat̃: vnde pec
cator pene addicit̃. Uideamus equũ: quo/
modo de his que adhuc non videt: per na/
res spiritum trahit. Uideamus q̃ta gloria
attollitur: cum iam ventura prestolat̃. Ecce
labores suos intuens predicator egregi⁹ di/
cit: Ego iam delibor ⁊ tempus mee resolutio 2. Thi. 4.
nis instat. Bonũ certamen certaui: cursum
consumaui, fidem seruaui. De reliquo repo/
sita est mihi corona iusticie: quã reddet mihi
dñs in illa die iustus iudex. Ubi ⁊ apte sub
iungit̃. ¶ Non solũ autem mihi: sed ⁊ his q̃ Lex.
diligunt aduentum eius. Ac si dicat: Sed ⁊
omnibus qui sibi de bona opatione sunt cõ/
scij. Aduentum enim iudicis non diligunt:
nisi qui in causa sua se habere iusticie meri/
tum sciũt. Quia igit̃ vnde gloriat̃ iustus: in/
de terret̃ iniustus: dicat̃ recte. Gloria nariũ G
eius terror. Sed sctũs iste p̃dicator dũ ven/
turam gloriã prestolat̃: dũ venire ante faciẽ
iudis nititur dumq̃ a laboris sui adhuc mer
cede differt̃: in hac vita interim positus: q̃d
agat audiamus. Sequitur. ¶ Terram vn/
gula fodit. Solet in equi vngl̃a: laboris for/
titudo cognosci. Quid ergo per vngulã nisi
in predicatore sancto virtutũ perfectio desi/
gnatur? Qua videlicet vngula terram fodit
dum de corde audientiũ: exemplo suoꝝ ope
rum terrenas cogitatiões eijcit. Ungula ter
ram fodit: quia auditoꝝ corda a secularibus
curis euacuat: cum doctor bonus ꝯtem/
ni seculum opere ostendat. Uideam⁹ paulũ
terram cordis audientiũ: qua ostense virtu/
tis vngula fodiat. Ipse nanq̃ discipulis di/
cit: Hec cogitate: que ⁊ didicistis ⁊ accepistis
et audistis ⁊ vidistis in me: hec agite ⁊ deus
pacis erit vobiscum. Et rursuꝫ: Imitatores Phil. 3.
mei estote fratres: sicut ⁊ ego christi. Qui igi
tur exemplo sui operis alios corrigit nimirũ
vngula terram fodit. ¶ XXII A

Habemus aliud qd̃ adhuc sb̃tili⁹ de
hui⁹ vngule effossiõe tractem⁹. Scti
enim viri q̃uis intente mentis oculo in sup̃/
nis euigilent: q̃uis cuncta que in ima preter
fluunt pede rigidi contempt⁹ calcent: ex cor
ruptione tamen terrene carnis cui adhuc al/
ligati sunt plerũq̃ cogitationũ puluerem in
corde patiũt̃. Cũq̃ foras alijs ad appetẽda
celestia ꝑsuadẽt: semetipsos semper intrinse
cus subtili inquisitione discutiũt: ne qua im/
morante in se diu infirma cogitatiõe polluãt̃

Equus ergo iste vngula terrã fodit: cum p/
dicator quisq; inquisitione forti terrenas i se
cogitationes discutit. Equus vngula terrã
fodit: quando is cui iam dñs pſidet que sibi
moles cõgerit: ex vetusta cogitatione consi
derat: seq; ab illo flendo euacuare nõ cessat.
Vnde bene ꝛ ysaac apud alienã gentẽ pute
os fodisse describit. Quo videlicet exemplo
discimus vt in hac peregrinationis erumna
positi cogitationum nostrarũ pfunda pene/
tremus: ꝛ quousq; nobis vere intelligentie
aqua respondeat: nequaq; nostre inquisitio
B nis manus ab exhaurienda cordis terra tor
pescat. Quos tñ puteos allophili insidiãtes
replent: qr nimirũ immundi spirit⁹ cum nos
studiose cor fodere conspiciunt: congestas
nobis tentationum cogitationes emergunt.
Vnde semp mens euacuãda est incessanter/
q; fodienda: ne si indiscussa relinquitur vsq;
ad tumorẽ peruersorum operũ cogitationuz
Ezech.8. sup nos terra cumuletur. Hinc ad Ezechie/
lem dicit: Filij hominis fode parietem id est
Esa.2. cordis duriciam crebris pscrutationũ ictib⁹
rumpe. Hinc ad esaiam dominus dicit: In/
gredere in petrã abscondere fossa humo a fa
cie timoris domini: ꝛ a gloria maiestatis ei⁹.
Petram quippe ingredimur cum cordis no
stri duritiam penetramus: atq; a facie timo/
ris domini fossa humo abscondimur: si ter/
renas cogitationes egerẽtes ab ira districti
iudicis: in humilitate nostre mẽtis celamur.
Quo eñ plus terra fodiendo pijcit: eo pa/
uimentum semp inferius demonstrat. Un/
de ꝛ nos si a nobis studiosius terrenas cogi/
L tationes eijcim⁹: quo apud nosmetipsos ab
scondamur: humilius inuenim⁹. Ecce enim
qr diu'ni iudicij dies imminet: quasi ipsa iaz
timoris eius facies apparet: tantoq; magis
necesse est: vt vnusquisq; illum terribilius ti
meat quãto iam gloria maiestatis ei⁹ appro/
pinquat. Quid ergo agendũ est: quo ve fu
giendũ. Quo eñ quis latere põt euz q̃vbiq;
est? Sed ecce petrã ingredi: fossa humo occul
tari pcipimur: vt videlicet cordis nostri du/
riciã dirũpentes: eo irã inu'sibilẽ declinem⁹
quo ab oculis rerũ visibiliũ apud nosmetip
sos in corde subtrahimur: vt cũ prauę cogni
Deut.23. tionis terra eijcit: mẽs apud semetipsam tã/
to tutius: quãto ꝛ humili⁹ abscõdat. Hinc
israelitico populo p moysen a domino iube/
tur: vt cũ egredit ad requisita nature: mittat
paxillum in balteo: ꝛ fossa humo abscondat
que egesta fuerint. Nature eñ corruptibilis
pondere grauat'ꝛ a mentis nostre vtero que
dam cogitationũ supflua quasi ventris gra
uamina erumpunt. Sed portare paxillum B
sub balteo debemus: vt videlicet ad rep̃hẽ
dendos nosmetipsos semp accincti: acutum
circa nos stimulũ cõpunctionis habeamus
qui incessanter terrã mentis nostre peniten/
tie dolore cõfodeat: ꝛ hoc qõ a nobis fetidũ
erumpit abscõdat. Ventris quippe ecestio
fossa humo p paxillu tegit: cũ mẽtis nostre
supflu'tas subtili redargutione discussa an/
te dei oculos per cõpunctionis sue stimulu
celat. Quia igit sancti viri quecq; inutilia co
gitant: rep̃hendere ac diiudicare nõ cessant:
de equo suo dominus dicat: terrã vngula fo
dit: id est quicquid in mente sua terrenũ ver
sari cõspicit: hoc nimirũ supducte penitẽtie
duris pcussionib⁹ rũpit. Cum vero se interi/
us districta subtilitate diiudicant: iam nihil
est quod exterius ptimescant. Tanto enim
minus ad mala pſentia trepidãt: quanto se/
metipsos plenius bonis vẽturis parãt. Un
de ꝛ subditur.

XXIII

Exultat audacter: in occursum pgit Tex
armatis. Exultat audacter: quia sic A
aduersis nõ frangitur: sic nec pspe/
ris eleuat. Aduersa nãq; nõ deijciũt: quẽ p
spera nulla corrũpunt: Equus itaq; iste for/
tis ꝛ sub freno est. Ne ergo premat aduersis
habet vim fortitudinis: ne eleuet pſperis:
habet pondus desup insidentis. Decurrunt
quippe tẽpora: sed idcirco iustũ trahere nõ
valent: qr leuare nõ possunt. Illos nimiruz
trahunt quos leuant: irata deijciunt: quos
blanda sustollũt. Vir aũt bene deo subdit⁹:
scit inter trãseuntia stare: scit inter lapsus de
currentiũ tẽporũ mentis gressum figere: scit
nec ad subiecta se erigere: nec ad obiecta tre
pidare. Polerunq; aũt qr exerceri se vtili⁹ cõ
tritionis sue laborib⁹ nouit in aduersis hila
rescit: que dũ ꝑstanter p veritate tolerat au
geri sibi virtutis meritum letat. Hinc est q; B
tunc apostolos exultasse legimus: cũ p chri/
sto illos cõtigit flagella tolerasse: sicut scptuz
est: Ibant gaudentes a cõspectu cõcilij quo Act.5.
niã digni habiti sunt pro nomine iesu contu
meliã pati. Hinc paulus cum duris in mace
donia fuisset pſecution⁹ b⁹ pressus: in eo quo
se afflictũ insinuat etiã iocundatum demon/
strat dicens: Nam cũ venissemus macedo/ 2.Cor.7
niã nullam requiẽ habuit caro nostra. Ac si
apte diceret: quia spiritus requiẽ habuit dũ
p pfectum anime pfecutionũ supplicia caro
tolerauit. Contra hunc itaq; equum ab aã/
uersarijs sancte ecclesie parant gladij de do
lore penarũ: parant arma de patrocinijs se/
cularium potestatum. Solent nanq; heretici

BB

potentū mūdi defensionib⁹ quasi qui busdā
armis se tegere: solent omnes infideles p̄di/
cationē fidei excitatis etiā seculi potestatib⁹
C impugnare. Sed equ⁹ dei exultat audacter
⁊ exteriora tormēta non metuit: q⁊ internam
delectationē querit: potestatū mundi iracū/
diā nō formidat: q⁊ ipsius quoq; vite p̄sen/
tis desideriū ꝑ mētis excessum calcat. Hinc
Pro.12. ꝑ salomonē dicit̄: Nō cōtristabit iustū quic
quid ei acciderit. Hinc in eo rursum scriptuz
Pro.28. est: Iustus quasi leo cōfidens absq; terrore
erit. In occursum bestiarū idcirco leo nō tre
pidat: q⁊ p̄ualere se omnib⁹ nō ignorat. Un/
de iusti viri securitas recte leoni cōparatur:
q⁊ cōtra se cū quoslibet insurgere cōspict ad
mentis sue confidentiaz redit: ⁊ scit q⁊ cun/
ctos aduersantes superat: q⁊ illū solū diligit
quē inuitus nullo modo amittat. Quisquis
em̄ exteriora que ⁊ nolenti subtrahūt̄ appe/
tit sua se sponte extraneo timori substernit.
Infracta aūt virtus est cōcupiscētie terrene
cōtēptus quia ⁊ in alto mens ponit̄ cū a re/
bus infimis spei sue iudicio subleuat̄: atq; a
cūctis aduersantib⁹ tanto min⁹ attingit̄: q̄
to in supnis sita tutius munit̄. Equus itaq;
iste nō solum contra se veniētes minime me
tuit: sed eis etiā in occursum ꝑgit. Unde be/
ne hic addit̄: in occursuz ꝑgit armatis. Ple/
B runq; em̄ quieti atq; incōcussi relinquimur:
si obuiare prauis ꝑ iusticiā nō curam⁹. Sed
si ad eterne vite desideriū animus exarsit: si
iam verū lumē intrinsecus respicit: si in se flā
mam sancti feruoris accendit: inquantū cau
sa exigit debemus ꝓ defensione iusticie nos
metipsos obijcere: ⁊ ꝑuersis ad iniusta erū/
pentibus etiam cum ab eis nō querimur ob
uiare. Nā cū iusticiā quā nos amam⁹ in alijs
feriunt: nos nihilominus sua ꝑsecutione cō/
fodiūt: etiaz si venerari videant̄. Quia ergo
vir sanct⁹ prauis ac male agentib⁹ sese etiaz
cum querit̄ opponit: recte de equo dei dicit̄
in occursum pergit armatis. Intueri libet il
lum sessoris sui calcarib⁹ excitatum cōtra ar/
matos hostes quantus paulū feruor accen/
derat: quando eum ephesi ad irrumpendas
theatri turbas zeli flamma rapiebat. Scri/
Act.19. ptum quippe est: Repleti sunt ira: ⁊ excla/
mauerūt dicētes: Magna dyana ephesioꝝ
⁊ impleta est ciuitas confusione: ⁊ impetum
fecerunt vno animo in theatro rapto gayo
⁊ aristarco macedonib⁹ comitib⁹ pauli. At/
q; mox subdit̄. Paulo autē volente intrare
in populum nō ꝑmiserūt discipuli. Quidaz
autem ⁊ de asie principibus qui erant amici
eius miserunt ad eū rogantes ne se daret in
theatrū. In q̄bus ꝓfecto verbis agnoscim⁹
quo impetu cōtra cuneos aduesantes irrue/
ret: nisi eum ꝑ amicos ⁊ discipulos caritatis
frena tenuissent. Sed si obuiare hostibus: si
vltro pugnam petere: si nosmetipsos semꝑ
relinquere in cursuz nostri feruoris debem⁹
quid est: q̄ ijsdem p̄dicator egregi⁹ de semet 2.Cor.11.
ipso fatet̄ dicens: Damasci p̄positus arethe
regis custodiebat ciuitatem damascenorum
vt me cōp̄henderet: ⁊ ꝑ fenestrā in sporta di
missus sum ꝑ muruz ⁊ sic effugi manus eius
Quid est q̄ equus iste modo spōte armato/
rum cuneos impetit: ⁊ modo se ab armatis
hostibus quasi trepidus abscondit: nisi hoc
q̄ necesse est: vt in eius artificiosa virtute di/
scamus aduersariorum pugnā ⁊ constanter
aliqñ appetere et prudenter aliquādo decli
nare.

XXIIII

A Necesse quippe est: vt per omne qd̄
agim⁹ in mentis trutina positū. Hic
pondus illinc fructū nostri laboris
estimem⁹: ⁊ cū pondus fructum superat: la/
borem quisq; innoxie declinat: dummō se in
alijs exerceat: in q̄bus lucro fructū pondus
laboris vincat. Cum vero obsequēti quan/
titate fructuū: mēsura laboris: aut equatur
aut vincit̄: labor nō sine graui culpa declina
tur. Unde p̄dicator sanctus cū damasci val
de obstinatas mentes ꝑsequentiū cerneret:
eorum noluit aduersitati cōfligere: quia ⁊ se
metipsuz quem ꝓfuturū multis nouerat: vi
dit posse deficere: ⁊ aut nullis se ibi aut pau/
cis ꝓdesse. Secessuz ergo a certamine petijt
⁊ pugnatuꝝ felicius ad alia se bella seruauit
Nō em̄ loco virtus: sed locus virtuti defuit
⁊ idcirco fortissimus miles ab obsidionis an
gustia: certaminis campū quesiuit. Ubi au/
tem subiungenda regi ꝓprio multa aduersa
riorum colla conspexit: subire bellū vel cuz
morte nō timuit: sicut ipse cum hierosolymā
pergeret cunq; discipuli passione illius ꝑ ꝓ
phetam p̄scita ꝓhiberent: sibimetipsi atte/
statur dicens: Ego non solum alligari sed et Act.21.
mori in hierusalē paratus sum ꝓ noīe domi
ni iesu. Neq; em̄ facio animā meā p̄ciosiorez
quam me. Qui igit̄ hic hostiles cuneos etiā
prescita passione sua imperterit⁹ petijt: illic
de discretione fuisse edocuit: non de timo/
re q̄ fugit. Qua in re pensandū est: quia ille
labores quosdaz ꝑ dispensationis iudicium
laudabiliter declinat: qui ꝓ deo maiores ali
os fortiter tolerat. Naz sepe ab hominibus
timor debilis cauta dispēsatio vocat̄: ⁊ qua
si prudenter impetum declinasse se asserunt:
cū fugiētes turpiter in terga feriunt̄. Unde

necesse est: vt in causa dei cum res dispensa/
tionis agit: metus cordis subtilissima libera
tione pensat: ne p infirmitatẽ timor surrepat
& sese p dispensationis imaginẽ rationẽ fin/
gat: ne culpa se prudentiã nominet: iãq; nec
ad penitentiaz animus redeat: quando hoc
quod inique ppetrat virtutẽ vocat. Restat
igit vt in dubijs quisq; dephẽsus cum que/
libet sibi aduersitas imminet prius intra se/
metipsum cõtra formidinẽ: & pcipitationem
pugnet: quatinus ne formidolose se subtra/
hat: nec pcipitanter opponat. Valde em̃ p/
ceps est qui semp se aduersis obijcit: & val/
de pauidus q̃ se semp abscõdit. Sed hec me
lius in bellis spiritalib⁹ discim⁹ si formã exer
citus a corporalibus bellis trahamus. Non
em̃ ille dux sapiẽs est: q̃ semp cõtra hostiles
cuneos exercitũ pceps admouet: neq; ille
dux fortis qui semp hunc ab hostis facie ca
uendo subducit. Scire nãq; dux debet mo/
do ab hostili impetu exercitum caute subtra
here: modo hostem circũfusis cornib⁹ coar/
tare. Quod nimiz solicite pfecti pdicatores
exhibent: cũ modo psecutiõis rabiem decli/
nantes: nouerũt sapienter: sed nõ eneruiter
credere: modo aũt psecutionis impetũ cõtẽ/
nentes nouerũt ei fortiter: sed non pcipitan/
ter obuiare. Quia autẽ sanctus vir cum con
gruum cernit ictibus pectus obijcit: & veni/
entia iacula vel moriens retundit: recte dici/
tur: in occursum pergit armatis. De quo ad
huc bene subdit. Cõtemnit pauorẽ: nec ce
det gladio. Videamus quomodo pauorem
despiciat: q̃ ipsos aduersariorũ gladios enu
merans calcat ait em̃. Quis nos separabit a
caritate dei: tribulatio: an ãgustia: an fames
an persecutio? In pauore autẽ ventura pe/
na metuit: in gladio vero iam dolor de pre/
senti pcussione sentit. Quia ergo vir sanct⁹
ventura aduersa nõ metuit: pauorem nõ de/
spicit: q; vero nec supueniẽte pcussione vin/
citur: nequaq; gladijs cedit. Contra hũc ita
q; equum tot sunt gladij hostiũ quod gene/
ra psecutionũ: que cuncta obuians superat:
quia amore vite sese ad interitũ parat. Sed
q; tam robustissimũ pectus: quomodo se ia
culis opponat audiuim⁹ nũc quid ab aduer
sarijs agat audiamus. Sequit. Super ip
sum sonabit pharetra. In scptura sacra pha
retre nomine aliquando iustũ dei occultũq;
cõsiliũ: aliquãdo vero clãdestina prauorum
machinatio designat. Per pharetrã iustuz
dei occultũq; cõsiliũ exprimit: sicut eisdem
beatus iob superiore pte testat dicẽs. Pha
retrã em̃ suã aperuit & afflixit me: id est occul
tum suum cõsilium det exit: & publica me p/
cussione vulnerauit. Sicut em̃ in pharetra
sagitte: sic in occulto dei cõsilio latent senten
tie: & quasi ex pharetra sagitta educit: quan
do ex occulto cõsilio apertã deus sententiaz
iaculat. Pharetre quoq; nomine prauoruz
machinatio designat: sicut p pphetã dicit.
Parauerũt sagittas suas in pharetra vt sa/
gittent in obscuro rectos corde. V XXV

Iniqui em̃ cũ dolos quos bonis ex/
cogitant: secretis machinationibus
occultãt: quasi in pharetra sagittas
parant: & in hac psentis vite caligine velut i
obscuro rectos corde ferũt: q; malicioſa eo/
rum iacula & sentiri p vuln⁹ possunt: & tamẽ
venientia dephendi nõ possunt. Igit quia
equus dei nulla aduersitate terret eiq; quo
magis obuiat eo vi intentiõis sue sup arma
tos hostes feruẽtior dicit: psecutores ei⁹
qui se etiã ferientes vinci sentiũt turbati ad
consiliũ reuertunt: dolos pparant: & velut
ex longinquo mittendo vulnera occultant.
Unde nunc recte dicit: Sup ipsum sonabit
pharetra: vt eũ ex abscõsa machinatiõe lõ/
ge feriãt cui aptis cõgressionib⁹ inaniter ap
propinquant: Hec tũc super equũ dei pha/
retra sonuerat: cũ quadraginta viri qui ei⁹
mortẽ cõiurauerãt eduxt de carcere paulum
querebãt: vt cõsiliorũ suorum ictibus quasi
dã sagittarũ dolo interficerent: quẽ cõgres/
sione psecutionis publice superare nequaq;
possent. Pharetra ergo sonuit: quia occulte
machinationis ad paulũ causa puenit. Quã
uis si vigilanter querimus: adhuc in phare
tre sonitu aliq̃d subtilius inuenim⁹. Sepe ei
aduersarij cõsilia contra bonos iniunt: pra/
uis inuentionib⁹ innitunt: ad cogitãdos de
los se cõferũt: sed tñ qui eosdem dolos pde/
re bonis debeãt: ipsi instituũt latẽter ipi trã/
mittũt: vt crudelis supplicioru pparatio dũ
quasi furtiue innotescit: ampli⁹ timeat: & au
dientis animũ plus suspecta vulnera q̃ per
cepta pturbent. In pharetra em̃ sagitte duz
latent & sonãt: mortẽ etiã nõ in se denũciant.
Pharetra ergo cõtra equũ sonitum reddit:
cũ cõtra pdicatorẽ sanctũ occulta prauorum
machinatio cõsiliũ suũ qõ fraudulenter ope
rit fraudulenti⁹ innotescit: vt pmissis minis
quasi ex sonitu pharetre terreant: cũ pdica/
tor dei apertas contumelias velut cominus
ferientia iacula nõ formidat. Cũ vero eisdez
minis minime terret: mox psecutorũ crude/
litas ad supplicia manifesta pducit. Unde
bene post q̃ dictũ ẽ: Sup ipsuz sonabit pha
retra illico addit. Vibrabit hasta. Cõtra p/

dicatorem dei post pharetre sonitū hasta vi/
bratur: qñ post terrores exhibitos e vicino
ia feriens apta pena pducit: Predicatores
aūt sancti cum pro defensione fidei supplicia
subeunt: ad eandem fidem quos valēt rape
re: t inter verba nō desistunt: t cū patien
ter vulnera suscipiunt: prudēter ptra corda
infideliū sagittas pdicatiōis reddūt. Vñ nō
nū ꝙ agit: vt ipsi q̄ in psecutiōe seuiūt: nō tā
doleant q̄ cor pdicatoris non emolleunt: ꝙ
q̄ per eius verba etiā alios amittant. Quia
igit eum feriendo nō superāt: ne fortasse alij
qui illum audiunt: se derelinquant: mox con
B tra loquentis verba scutū respōsionis parāt
Unde cū diceret: vibrabit hasta: recte subiū
gitur: t clipeus. Persecutor em̄ seuiēs post/
ꝙ pdicatoris corpus supplicio percutit: au
ditorū cor quasi clipeo verbis sue disputati
onis munit. Vir igit sanctus vt feriri debe
at: hasta vibrat: sed ne audiri possit clipeus
opponit. Habent nāq defensores dei in p/
lio sagittas suas: quas eo citius auditorum
cordibus inittiunt: quo illas de spiritali arcu
id est de intima cordis tensione distringunt
•Tbi.2. his quippe se in bello fidei paulus armaue
rat cum dicebat. Labor vsq ad vincula q̄
si male operās: sed verbum dei nō est alliga
tum. Ac si diceret: Hasta quidē supplicioꝝ
feror: sed tamen verborū sagittas emittere
nō desisto. Vulnera crudelitatis accipio: p
cor infideliū vera loquēdo transfigo. Dicat
ergo: Super ipm̄ sonabit pharetra vibrabit
E hasta t clipeus. Contra equuz quippe dei:
qz prauorū consilia pstrepunt: pharetra so/
nat: quia aperta pena exquirit: hasta vibra
tur: quia vero ei etiā disputatione resistitur:
clipeus antefertur. Sed nunquid a feruore
suo per ista cōpescit. Vir em̄ sanct⁹ quo ma
iore persecutione p̄mit: eo ad predicandam
veritatem acrius instigat: t cū pacienter p/
secutores tolerat ardenter a se auditores tra
here festinat. Unde t bñ adhuc de equo dei
Ter. subdit. Feruēs t fremens sorbet terrā: nec
reputat tube sonare clangorē. Primo nāq
Gen.3. peccanti homini dictū est: Terra es t in ter/
rā ibis. Tube aūt clangunt: cum hui⁹ seculi
potestates: loqui sanctos terribiliter phibēt
Quia igit pdicator zelo sancti spiritus inflā
matus: vt inter supplicia positus: quoslibet
peccatores ad se trahere nō desistit: feruens
F pculdubio terrā sorbet: qz vero psecutoruz
minas minime formidat: clāgorem tube so/
nare nō reputat. Tuba em̄ que discrimē bel
li denunciat: quid est aliud ꝙ vox secularīū
potestatum que contempta resistentib⁹ mor
tis certamē parat? Nec a principibus sacer/
dotum tuba, sonuerat: cum flagellatos apo/
stolos de deo loq̄ phibebāt sicut scriptū est Act.5.
Cesis denūciauerunt: ne loquerent̄ in noie
iesu. Sed videam⁹ quō equū dei clāgor tu/ Tbi.3
be nō terreat. Ait petrus. Obedire oportet
deo magis ꝙ hominibus. Qui alijs quoq̄ Act.4.
psequentibus dicit: Nō em̄ possum⁹ q̄ vidi/
m⁹ t audiuim⁹ nō loq̄. Equus ergo clāgorē
tube nō metuit: qz pdicator egregius despe/
ctis potestatibus seculi: nullos minarū soni/
tus ptimescit. Videam⁹ aliuz equū dei quō
terrā sorbeat: quō nullus eum tube terror at Act.4.
tingit scriptum est: Superuenerunt autem
quidam ab anthiochia t yconio iudei: t per
suasis turbis lapidantes paulū traxerūt ex/
tra ciuitatem: estimantes eū mortuū ee. Cir/
cundantibus aūt eū discipulis: surgēs intra
uit ciuitatē: t postera die pfectus est cū bar
naba in derben. Cunq̄ euangelizassent ci/ D
uitati illi t docuissent multos: reuersi sunt ly
stram t yconiū t antiochiā confirmātes ani
mas discipulorum. Perpendamus ergo q̄
hūc possent equū mine compescere: quādo
eū ab intentione sua nō valet mors ipsa phi
bere. Ecce lapidibus obruit: nec tamē a ve
ritatis sermone remouet. Occidi pōt: super/
ari nō potest. Velut extinct⁹ extra vrbē p
ijcitur: sed intra vrbem die alio illesus predi
cator inuenit. O q̄ fortis huic viro ineſt in
firmitas: o q̄ victrix pena: o q̄ dominatrix
patientia. Ad arguendū repulsione puoca
tur: ad pdicandā salutē plagis erigit: ad pro
pellendā laboris lassitudinem pena refouet
Que ergo hunc aduersitas superet quē pe
na fouet? Sed equus dei ē: t pharetre sagit
tas despicit: quia malicie cōsilia contemnit.
Vibratā hastam superat: qz t cōtra aperte
psecutionis vulnera pectus firmat. Oppos
tum clipeū rumpit: quia disputationem resi
stentium ratiocinādo subigit. Terrā sorbet Ib
quia pectōres in suo corpore exhortando cō
uertit. Clangorem buccine sonare non repu
tat: quia vocem quālibet terribilis phibitio
nis calcat. Ubi⁹ est aūt qd dicit: qz fortis p Lo
seuerat in laboribus: adhuc quod maius est
exultat in aduersis. Unde t sequitur: Ubi
audierit buccinam dicit vah. Quibus pfe
cto verbis t illud ostendit: q̄ hoc loco a do
mino de equo irrationabili nil dicat. Necq̄
enim vah dicere brutum aīal potest: sed dū
asserit dicere quod omnino dicere nō valet
innuit quē designet. Vah quippe sermo ex
ultationis est. Equ⁹ ergo cū audit buccinaz
vah dicit: quia fortis quisq̄ predicator cum

certamen passionis sibi ꝓpinquare con sidet: de exercitio virtutis exultat: nec terret pugne periculo qui victorie letat triũpho. Equo itaq; est vah dicere: ꝑdicatorẽ sanctũ de vẽtura passione gaudere. ¶ XXVI

A Sed si ꝑdicator fortis gloriã passiõis appetit: si discrimen mortis subire p dño letus querit: quid est q ipsi fortissimo ꝑdicatori qui ex robusto corde virtutẽ traxit nois: petro veritas dixit: Cũ senueris extẽdes manꝰ tuas: t alius te cinget: t ducet quo nõ vis. Quomodo de passione gaudet qui cinctus ab alio: ire quo ducit nõ vult. Sed si pensamus qualiter animꝰ appropinquãte passione t mortis metu quatit: et tamen de venturo regni ꝓmio letat: intelligimus quomodo glorioſi certaminis subire periculo volẽs: nolit: q; t in morte cõsiderat quod tolerãs paueat: t in fructu mortis aspicit: quod appetens querat. Videamus paulũ quomodo amat qõ refugit: quõ refugiat quod amat. Ait eñ: Desideriũ habens dissolui t cũ christo esse: t mihi viuere christus est t mori lucrum: t tamẽ dicit: Qui sumus in hoc habitaculo ingemiscimus grauati: eo q nolumꝰ expoliari: sed superuestiri: vt absorbeat quod mortale est a vita. Ecce t mori desiderat: et tñ carne expoliari formidat.

B Cur hoc? Quia t si victoria in ꝓpetuũ letificat: ipsa nihilominꝰ ad ꝓsens pena ꝑturbat t quis vincat amor subsequentis muneris: tangit tñ nõ sine merore animũ pulsus doloris. Sicut eñ vir fortis cuz vicino iam belli cartamine armis accingit: t palpitat t festinat: tremit t seuit quasi pauere p pallorẽ cernit: sed p iram vehemẽter vrget: ita vir sanctus cũ passioni se ꝓpinquare cõspicit: t natura sue infirmitate cõcutit: t spei sue soliditate roborat: t de vicina morte trepidat: et tñ q moriendo verius viuat exultat. Ad regnum quippe non põt nisi interposita morte trãsire: t idcirco t cõfidendo quasi ambigit: t quasi ambigẽdo cõfidit: t gaudẽs metuit: t metuens gaudet: q; scit q ad bꝛauiũ quietis nõ pueniat: nisi hoc qõ interiacet cũ labore trãscendat. Sic nos cũ morbos a corpore repellere cupimꝰ: tristes quidez amarũ purgationis poculũ sumimꝰ: certi aũt de subsequenti salute gaudemus. Quia eñ puenire corpus aliter ad salutẽ nõ valet in potu libet etiã qõ tedet: cũq; amaritudini messe vitam animus cõspicit: merore turbatus hilarescit Dicatur ergo. Vbi audierit buccinam: dicit vah: q; ꝑdicator fortis cognito certaminis nũcio: t si vt homo ad vim ꝓcussionis trepidat spe ita mẽ certitudinẽ ad ꝓmium remunerationis exultat. Sed nequaq; ad hoc passionis bellũ incõcussus existeret: nisi eandem passionẽ intenta cogitatione meditando preueniret. Malũ nãq; qõ cõsilio ꝓuenit: decertanti cõtra se animo t rõne subijcit: q; tãto quisq; minus aduersitate vincit: quanto cõtra illam ꝓsciẽdo paratus inuenit. Sepe eñ graue timoris pondus vsu leuigat: sepe mors ipsa sicut inopinata ꝑturbat: ita deliberatione ꝓuenta letificat. Unde t recte de hoc equo subiungit ꝓcul odorat bellũ Tex.
Ac si apertius dicat: Idcirco qõlibet certamẽ exuperat: q; mentẽ certamini ante certamen parat. Bellũ quippe odorari est: aduersa quecq; longe adhuc posita cogitando prenoscere: ne fortasse valeant improuisa superare. Hoc bellũ ꝓcul odorari discipulos paulus ammonebat: cum diceret. Vosmetipsos 2.Cor.13
tẽptate si estis in fide: ipsi vos ꝓbate. Ac si apte ꝓciperet dicẽs: ꝑsecutionũ certamina ad mentẽ reducite: t cordis vestri intima atq; occulta pensantes: quales inter supplicia existere valeatis inuenite. Hoc bellũ sancti viri ꝓcul odorant: qñ t in pace vniuersat ecclie positi: vel hereticoꝝ bella vel imminẽtia ab infidelibꝰ ꝓsecutionũ tormenta cõspiciunt. Qui dum recte viuunt: sepe ꝓ bonis mala recipiunt: detractionũ cõtumelias eq; nimiter ferunt: vt si ꝓsecutionis occasio supetat: tanto illos fortiores aperti hostes inueniant: quãto eos t intra ecclesiã falsorum fratrũ iacula nõ expugnãt. Nã q a statu penitentie ante linguarũ vulnera corruit: ipse sibi testis est: q; contra manifeste ꝓcussionis gladios nõ subsistit. Quia ergo vir dei exercitatus ꝓsentibus cõtra ventura: t exercitatus minimis ꝓtra maiora nitit: recte ꝺ equo dei dictũ est: q bellũ ꝓcul odorat. Sequit.

¶ Exhortationẽ ducũ t vllulatum exercit. Tex
Duces aduerse partis sunt: errorũ auctores Ps.106
de q̃bus p psalmistã dicit: Effusa est contemptio super ꝓncipes eorum: t seduxerũt eos vana eorum t errare fecit eos in inuio: t nõ in via. De quibus per semetipsam veritas Mat.15
dicit: Cecus si ceco ducatum prebet: ambo in foueam cadunt. Hos aũt duces: exercit sequit: prauorũ scz turba: que iniquis eorum ꝓceptionibus famulat. Notandũ quoq; q duces exhortari: exercitũ vero dicit vlulare quia videlicet hij qui infidelibus vel hereticis ꝓsunt: prava que teneri ꝓcipiũt: quasi exratione ꝓsuadent. Turba vero eius subdita q; sine iudicio eoꝝ voces sequit: dũ p cõfusionis insaniam ꝓstrepit: bestiali mente vlu

lare phibeꝫ. Lupis quippe ꝓprie vllulatus cõuenit: ⁊ qz caterue reprobozũ cõtra vitaz mozesq; fidelium soli rapacitati inhiant: quasi per vllulatũ clamant. ¶ XXVII

A Equus ergo dei exhortatione ducuz ⁊ vllulatum exercitus ꝑcul odoraꝫ: dum sanctus quisq; ꝑdicator longe ante cõsiderat: qđ vel autores errozũ cõtra electos valeãt ꝑcipere: vel turba eis subdita: quã possit imaniter insanire. Hanc exhortationẽ ducũ odorabaꝫ paulus cuz diceret: Per dulces sermones ⁊ benedictiões seducũt corda innocentiũ. Hunc vllulatũ exercitus odorabaꝫ dicẽs: Intrabunt post discessionẽ meam lupi graues in vos. Exhortationẽ ducũ odoratus est petrus: cũ de quibusdam discipulos ammoneret dicẽs: In auaricia fictis verbis de vobis negociabuntur: Vllulatũ quoq; exercitus odorabaꝫ: cũ premitteret dicens. Et multi sequẽtur eozũ luxurias: ꝑ quos via veritatis blasphematur.

B Igit qz sanctus quisq; ꝑdicator atq; in persecutionis bello dux fidei: qualem se possit exhibere narrauim⁹: nũc sub hui⁹ equi specie vnũquẽq; christi militẽ describam⁹: vt et q̃ ad ꝑdicationis culmẽ nec dũ se puenisse considerat: hac tamen voce dominica: si iam bene viuere ceperit: expressuz se esse cognoscat quatin⁹ hinc colligat: quãtũ deo nor usit si ad maiora puenerit: quẽ signanter deus eloqui: nec in minimis ptermittit. Singula itaq; que de equo dicta sunt repetẽtes: intimemus quomodo miles dei a primeua conuersatione pficiat: quomodo a minimis ad maiora succrescat: vel quibus gradibus ab infimis ad supna perueniat. Dicaꝫ ergo. Nunquid ꝑbebis equo fortitudinez: aut circũdabis collo eiꝰ hinnitum? Unicuiq; anime cui dñs misericorditer ꝑsidet: ante omnia fidei
1. Pe. 5 fortitudinẽ ꝑbet: de qua petrus ait: Aduersarius vester diabolus sicut leo rugiẽs circuit querẽs quẽ deuozet: cui resistite fortes in fide. Hinc aũt fortitudini hinnit⁹ iungit: dũ fit quod scriptũ est. Corde creditur ad iusticiã
Ro. 10. ore aũt cõfessio fit ad salutẽ. Sequit. XXVIII

Ter. A Numqd suscitabis eũ quasi locustas Unusquisq; qui deũ sequit in ipso suo exordio vt locusta suscitaꝫ: quia ⁊ si in quibusdã actionibus: locustarũ more flexis poplitibus terre inheret: in q̃busdam tñ expansis alis sese in aera suspendit. Conuersionũ quippe initia: bonis moribus maliscq; permixta sunt: dũ ⁊ noua iam pintentionẽ agit: ⁊ vetusta adhuc vita ex vsu retinetur. Tanto aũt min⁹ permixtis interim malis ledimur: quãto cõtra illa quotidie sine cessatione pugnam⁹: nec suos nos iam culpa vendicat: cuius prauo vsui nostra solicite mens resultat. Primus itaq; nobis inchoantibus terrena opera officiunt: qz in nobis diutius demorari phibent. Proinde qñ in ipso nostre cõuersationis initio infirma quedã pie d nobis domin⁹ toleraꝫ: vt nos quandoq; ad celestia ex pfectione pducat quasi locustas nos in exordio suscitat: qz ⁊ in volatu virtutis subleuat: ⁊ non tñ de terreni operis casu desperat. Sequit. Gloria narii eiꝰ terroz. Ter. Pro eo q; nõ visa res odore deprehendit nõ immerito narium noie spei nostre cogitationes exprimunt: q̃bus ventuz iudiciũ quod B ⁊ si oculis adhuc nõ cernim⁹: iam tamẽ sperando ꝓuidem⁹. Omnis aũt qui bene viuere incipit: audiens q; per extremũ iudiciũ iusti ad regnũ vocent hilarescit: sed quia quedam mala adhuc ex reliquijs sibi inesse cõsiderat: hoc ipm iudiciũ d quo exaltare incheat: appropinquare formidat. Uitaz quippe suã bonis malisq; pmixtã cõspicit: ⁊ cogitationes suas aliquo modo spe ⁊ timore cõfundit. Nã cũ audit que sint regni gaudia: mox mentẽ leticia subleuat: ⁊ rursum cuz respicit que sint gehenne tormẽta mox mentẽ formido pturbat. Bene ergo gloria narũ eiꝰ terroz dicit: qz inter spem ⁊ metũ positus: dum futurũ iudiciũ mente cõspicit hoc ipm timet vnde gloriat ipsa ei sua gloria terroꝛẽ: qz inchoatis iam bonis spe de iudicio letus est: ⁊ nec dũ finitis oibus malis pfecte securus nõ est. Sed inter hec sollicite ad mentẽ reuertitur: ⁊ pcellas tante formidinis rẽnuẽs: secq; in soli⁹ pacis trãquillitate disponẽs totis viribus a districto iudice inueniri liber conaꝫ. Serui le quippe estimat dominicã ꝓsentiam formidare: ac ne cõspectũ patris metuat: illa agit p q̃ se filiũ recognoscat. Discit ergo iudicem tota expectatione diligere atq; vt ita dixerim timendo rẽnuit. Oriri aũt cordi formidinẽ p carnali actione considerat: ⁊ idcirco ante oia carnẽ forti edomatione castigat. Unde postq; dictũ est: gloria narii eius terroz: recte subiũgit. Terrã vngula fodit. Ungula nãq; terrã fodere est: districta abstinentia carnẽ edomare. Quo aũt plus caro pmit eo de celesti spe anim⁹ securi⁹ letaꝫ. Unde et fossa terra apte subnectit. Exultat audacter. Quia eñ valenter reprimit qđ impugnat: audacter exultat de hijs q̃ in eterna pace desiderat: tantoq; mẽs melius ad supna appetenda cõponit: quãto ab illicitis artius corpus edomaꝫ. Uñ recte p salomonẽ dicitur

Pro.24 Diligenter exerce agrū tuū: vt postea edifi/
ces domū tuā. Ille quippe bene mentis do
mū edificat: qui prius agrū corporis a spinis
viciorū purgat: ne si desideriorū sentes i car
nis agro proficiunt: intus tota virtutū fabri
ca fame boni operis crescente destruat. In
ipso aūt quisq; belli certamine positus: tāto
subtilius fraudē hostiū cōspicit: quāto ⁊ di/
B strictius corpus ꝓpriū quasi quendā hostiū
adiutorē p̄mit. Unde ⁊ post contritionē cor
poris: post leticiā cordis recte subiūgit. In
occursum ꝑgit armatis. Hostes armati sunt
immūdi spiritus: innumeris cōtra nos frau/
dib⁹ accincti. Qui cū suadere nobis iniqua
nequeūt: ea sub virtutū specie nobis obtuti
bus opponūt: ⁊ quasi sub quedā arma se cō
tegunt: ne in sua malicia a nobis nudi vide/
ant. Quib⁹ armatis hostib⁹ in occursū ꝑgi/
mus quādo eorū insidias longe p̄uidemus.
Effossa igit terra: armatis hostib⁹ in occur/
sum pergere est: edomita carnis suꝑbia do/
los immundorū spirituū mirabiliter expoli/
are. Effossa terra armatis hostibus in occur
sum ꝑgere est: deuicta carnali nequitia con/
tra spiritalia vicia certamē subire. Nā q̄ ad/
huc secū eneruiter pugnat: frustra contra se
bella extra posita suscitat Qui enim semetip
sum carnalibus subiugat: quō spiritalib⁹ vi/
tijs resultat? Aut quomodo de labore exter
ni certaminis triūphare appetit: qui adhuc
apud semetipsum domestico libidinis bello
succumbit?

XXIX

A Vel certe armatis hostib⁹ in occursū
ꝑgimus: qn̄ ꝑ exhortationis studiū
eorū insidias: ⁊ in alieno corde p̄ue/
nimus. Quasi em̄ ex loco in quo fuimus ad
locū aliū obuiā hostib⁹ venim⁹: quādo nr̄a
cura ordinate postposita: accessum immun/
dorū spirituū a ꝓximi mēte ꝓhibemus. Un
de fit plerūq; vt hostes callidi militē dei iaz
etiā de intestino bello victorē: tanto d̄ semet
ipso terribilius temptēt: quāto illū contra se
⁊ in alieno corde p̄ualere fortiter vident: vt
dū illū ad se tuendū reuocāt: aliena corda li/
berius q̄ exhortatione eius ꝓtegebant inua
dāt. Cūq; eū suꝑare nō possūt: saltē occupa
re conāt: quatin⁹ dū miles dei de semetipso
cōcutit: nō ip̄e sed is quem defendere cōsue
uerat perimat. Sed mens in deū immobili/
ter fixa tentationū spicula despicit: nec cuius
libet terroris iacula ꝑtimescit. Suꝑne enim
gratie fretus auxilio: sic vulnera infirmitatis
sue curat: vt aliena nō deserat Unde ⁊ bene
de hoc equo subiungit. Cōtemnit pauorem
nec cedit gladio. Cōtemnit pauorē quia nul/
lius tentationis formidine adhoc vsq; terre
tur vt taceat. Nec cedit gladio: quia ⁊ si vio
lenta illū tentatio ꝑcutit: a cura tamen ꝓxi/
mi nō repellit. Unde ⁊ paulus exemplū no/
bis inuicte cōuersationis insinuans: ⁊ quos
ab hoste gladios suscipiat dicit: ⁊ quomodo B
eisdem gladijs nō cedat ostendit. Omni eniz
iam carnalis operis pugna superata: carna/
lis tentationis gladiū ab hoste susceperat q̄
dicebat. Video aliā legē in mēbris meis re/
pugnantē legi mentis mee: ⁊ captiuū me du
centē in lege peccati: que est in mēbris meis
Sed eidē gladio quē in se vicerat: etiā i alijs
nō cedebat: cū ꝓfecto ꝓximis diceret. Non Ro.6.
regnet peccatū in vestro mortali corpore ad
obediendū desiderijs ei⁹. Et rursum. Mor Col.3.
tificate mēbra vestra: que sunt suꝑ terrā: for
nicationē: immūdiciā libidinem concupiscē
tiam malam. Grauis illum tentationum gla
dius feriebat: de quibus ipse ait: In labori/ 2.Cor.11.
bus plurimis: in carceribus abundanti⁹: in
plagis supra modum: in mortibus frequen/
ter. A iudeis quinquies quadragenas vna
minus accepi. ter virgis cesus sum: semel la
pidatus sum: ter naufragium feci: nocte et
die in profundo maris fui: et cetera que ipse
tolerare potuit: ⁊ nos enumerare lassamur.
Sed quomodo eidē gladio in ꝓximi dilecti/
one nō cedat: post multa ipse subiūgit. Pre/
ter illa q̄ extrinsecus sunt instantia mea quo
tidiana: solicitudo omniū ecclesiaruz. Equ⁹
ergo dei ⁊ gladio percutit: nec tamē ꝑcussio
ne eadem a cursu ꝓbibet: dum fortis spirita
lis certaminis miles: et ipse vulnera ab ho/
ste suscipit: ⁊ tamē ad salutem alios stringit.
Sed erga tam durum celestis militis pect⁹
antiquus hostis tāto acutiora spicula ꝑqui/
rit: quanto se despici robustius cōspicit. Un
de ⁊ sequitur.

XXX

Super ipsuz sonabit pharetra: vibra
bit hasta ⁊ clipeus. Quia em̄ videt Tex.
sancte mentis studiū cōtra se ⁊ alijs A
ꝓdesse: multiplicata hāc satagit tentatione
confodere. Un̄ sepe cōtingit: vt hij q̄ regen
dis alijs p̄sunt tentationnz certamina fortio
ra patiāt: quatin⁹ corporaliū more belloruz
dū dux ipse ad fugā vertit: resistētis exerci
tus cōstipata vnanimitas sine labore dissipe
tur. Hostis itaq; callidus ꝯtra celestē militē
diuersa ꝑcussionū vulnera exquirēs: modo
ex pharetra ꝑ insidias cuz sagitta vulnerat:
modo ante ei⁹ faciē hastam vibrat: q̄ videli
cet vicia ⁊ alia sub virtutum specie contegit
⁊ alia vt sunt aperta ei⁹ oculis opponit. Ubi
em̄ infirmari dei militez ꝯspicit: illic fraudis

velamina nō requirit. Ubi aūt sibi resistere fortē considerat: illic cōtra vires ꝓculdubio dolos parat. Nam cū infirmuz quempiā in carnis illecebra videt: aperte speciē corporis: que cōcupiscī valeat: eius obtutibus obiicit. Si aūt fortasse validū ꝓtra auariciā cernit: importune eī cogitationib⁹ domestico: rum suozū inopiā suggerit: vt dū mēs ad pauperiōis curā quasi p'ecflectī: seducta furtim in rerum ambitu inique rapiat. Equum ergo dei sagitta p insidias impetit: quando ei hostis callidus sub virtute viciū abscondit hasta aūt cominus vulnerat: cū manifesta nequitia etiā sciētē temptat. Sepe vero celesti militi vno eodēq; tēpore vtrūq; ab hoste obiicit: vt in qualibet vna ꝓcussione perimat. Dolosus nāq; aduersarī simul ferire nititī: ꝛ aperte seuiens ꝛ insidijs latens vt dū de occulto sagitta metuī: minus ante faciē hasta timeat: vel dum ante faciem haste resistit: nequaq; ex occulto veniēs sagitta videatur. Sepe eñ tentationē ꝓponit de libidine: ꝛ subito fraudulentius cessans elationez suggerit de seruata castitate. Et sunt nōnulli qui dum multos ex castitatis arce in elationis foueā cecidisse cōspiciunt: vite sue custodiā negligentes in immundiciā libidinis demerguī. Sunt vero ediuerso nōnulli q̄ dū libidinis immundiciā fugiūt: ꝓ castitatis culmen in vozaginē elationis ruunt. Quasi ergo aperte feriens hasta est: culpa de vitio: et quasi ex occulto vulnerans: de pharetra sagitta est culpa de virtute. Sed equ⁹ dei ꝛ ante faciē hastā superat: cū libidinez calcat: ꝛ a latere sagittā circūspicit: cū in castitatis munditia se ab elatione custodit. Unde ꝛ bñ iter vtraq; certanti: ꝓ salomonē dicī: Dominꝰ erit in latere tuo: ꝛ custodiet pedem tuum ne capiaris. Pes nāq; in anteriora tendit: anteriora aūt nō videt: q̄ ea que sunt a latere cōspicit. Rursumq; qui pedis custodiā ꝓuidēs anteriora cernit: circūspectionē lateris deserit. Bum vero ante faciē posite virtutis aliquid agimus: quasi quo pes debeat poni ꝓuidemus: sed dū ex virtute eadē furtiua culpa suboziur: quasi dum in anteriora respicitur: ad sagittā latꝰ nudatur. Sepe vero duz subozientem culpā metuimꝰ: virtutem que agenda est declinamꝰ: ꝛ quasi dum latus circūspicī: nequaq; cernī pes in anteriora quō ponat. Bene ergo dicī: dominꝰ erit in latere tuo: ꝛ custodiet pedū tuū: ne capiaris: qz miles dei diuine gratie clipeo ꝓtectus: et q̄ ex latere possint ꝓdere circūspiciendo considerat: ꝛ gressum ante faciem ferre ꝓspicien

pro.3.

do non cessat. Cui fraudulentus hostis inuidens: quia ꝓ pharetrā ꝛ hastā nequaq; se ꝓualere conspicit: clipeum opponit: vt si resistentis pectus feriendo nō ꝓsozat: saltem q̄busdā obiectionibus ꝓficientis iter intercludat. Quasdā nanq; difficultates ipsis ei⁹ connatibus obiicit: ꝛ cū superare non valet vel resistit. Sed quid cōtra tot argumenta bellorū equus dei agat audiamꝰ. ℣ Feruēs ꝛ fremens sozbet terraz: nec reputat tube sonare clangozē. Cōtra equū clangoz tube insonat: quādo electi mentē in eo q̄ agit fortiter: e vicino quedā posita culpa terribiliter temptat sed feruens ꝛ fremens sozbet terrā: qz nimio ardoze semetipsum discutit: ꝛ quicquid in se terrenū repperit: quotidie ꝓficiēdo cōsumit. Et clangozē tube sonare nō reputat: qz cōsideratione forti omne vicium qđ de virtutis gloria nascī: solicitus declinat. Sonare eñ clāgozē tube reputaret: si fortasse ꝓpter aliud qđ praue suborī alia agere recta metueret. Quia ergo ad agenda fortia ante insonātia temptamenta nō trepidat: in feruoze suo positus: clāgozē tube minime formidat. Sepe aūt dū ꝓsperari se virtutib⁹ conspicit: ne ipsa illū virtutū ꝓsperitas eleuet: pulsari se tentationibus gaudet. Unde ꝛ apte subiungī. Ubi audierit buccinā: dicī vah. Multos eñ peius sua felicitas strauit: multos diuturna pax inertes reddidit: eoq; illos inopinatus hostis grauius pculit: quo longo quietis vsu negligentes inuenit. Unde sancti viri cuz multa se ꝓficere virtutum ꝓsperitate cōsiderāt: quodā dispensationis supne moderamine exercere se etiam tēptationib⁹ exultant: qz tāto robustius acceptā virtutum gloriā custodiūt: quāto tentationis impulsu cōcussi infirmitatē suā humilius cognoscunt. Equus ergo audita buccina vah dicit: qz videlicet ꝑliator dei cū vim tentationis incumbere cōspicit: vtilitatē superne dispensatiōis considerans: ex ipsa validius aduersitate cōfidit. Cuiꝰ aduersitatis certamina idcirco illū nō superāt: qz nōnūq; improuisa temptāt. Longe quippe ꝑnotat ex vnaquaq; re cuiꝰ vicij pugna succrescat. Unꝝ sequit. ℣ Procul odozat bellū. Bellum nāq; ꝓcul odozari est: ex causis ꝓcedentibus que viciozum pugne subsequanī agnoscere. Quia enīz sicut tam sepe dictum est: odoze res nō visa cognoscī: bellū procul odozari est sicut flatu narium: sic pulsione cogitationuz nequitias latētes indagare. De quo odoratu dominꝰ recte in eccle sue laudib⁹ dicit: Nalus tuus sicut turris que est in libano. Per nasū nāq

Tex.

Tex.

Tex.

Can.7.

odores fetoresq discernim⁹. Et quid p na/
sum nisi sanctorũ puida discretio designat?
Turris vero speculationis in altũ ponit: vt
hostis veniens lõge videat. Recte ergo na/
sus ecclesie turri in libano similis dicit: quia
sanctorũ puida discretio dum solerter circũ
quaq cõspicit: in altũ posita priusq veniat
culpa deprehendit: eamq quo vigilanter pre
Pro.30. tione nō diceret: Generatio cui⁹ excelsi sunt
oculi: z palpebre eius in alte surrecte. Quia
ergo per corporeum animal leuiathan iste si
gnat: z superbia vsq; ad corpus pdiens aper
tius oculis principat: antiquus hostis quasi
de sublimi omnes videre describit. Sed qz
multa de ostēdēdo hūani generis inimico p
lata sunt valde mens appetit: vt in fine locu
B tionis dominice: vnum aliquid manifestius
exprimatur. Unde membra illi⁹ breui nobis
Tex. designatione monstrant. Sequit. ℣Ipse ē
rex sup vniuersos filios superbie: vt leuiathā
iste in cunctis que superi⁹ dicta sunt caderet
sola se superbia ptulit: neq; em̄ p tot illos viti/
orū ramos aresceret: nisi p hanc prius in ra/
Eccl.10 dice putruisset. Scriptū ē nāq; Omnis pec/
cati initiū superbia. Per hanc em̄ ipe succubu
it: per hanc se sequentem hominem strauit.
Eo etem̄ telo salutem nostre immortalitatis
impetijt: quo vitā sue beatitudinis extinxit.
Sed idcirco hanc domin⁹ fini locutiōis sue
inseruit vt cum post mala omnia leuiathan
istius superbiā diceret: quid esset malis omni/
bus deterius indicaret: quāuis etiā per hoc
quod in imo ponit vitiorū radix se esse mon
C stret. Sicut em̄ inferius radix tegit: sed ab
illa rami extrinsecus expandunt: ita se super
bia intrinsecus zelat: sed ab illa ptin⁹ aperta
vicia pullulant. Nulla quippe mala ad pu/
blicū pdirent: nisi hec mentem in occulto cō
stringeret. Hec est que leuiathan istius sen/
sum seruescere sicut ollam facit. Unde z hu/
manas mentes in quodā feruore insanie cō/
cutit: sed p aperta opera qualiter cōcussi ani
mā euertat ostendit. Int⁹ nanq; pri⁹ ebullit
in elatione quod foras postmodum spumat
in opere. ℣XVII A

Sed qz occasio de superbie disputatio/
ne se p̄buit: debem⁹ hanc subtili⁹ so
licitiusq; discutere: atq; ad hūanas
mentes quāta vel qualis veniat: z q̄b⁹ qua/
literue surripiat demonstrare. Alia q̄ppe vi
cia eas solummodo virtutes impetūt quib⁹
ipa destruunt: vt videlicet ira pacientiam ca
stimonia abstinentiam libido continentiaz
expugnet. Superbia autē quā vitiorū radi/
cem dixim⁹. nequaq; vnius virtutis extin/
ctione cōtenta cōtra cuncta anime membra se
erigit: z quasi generalis ac pestifer morb⁹ cor
pus omne corrūpit: vt quicquid illa inuadē
te agit: etiam si esse virtus ostendit: non per
hoc deo: sed soli vane glorie seruiat. Quasi
em̄ tirānus quidā obsessam ciuitatem interci
pit: cū mentē superbia irrūpit: z quo dītiorem
quēq; ceperit: eo ī dño durior exurgit: quia
quo ampli⁹ res virtutis sine humilitate agi/
B tur: eo latius ista dominat. Quisquis vero
ei⁹ in se tyrannidē captiua mente susceperit:
hoc primū dānū patit: q; clauso cordis ocu/
lo iudicij equitatē pdit. Nam cuncta que ab
alijs vel bene gerunt displicēt: z sola ei que
ipse vel praue egerit placent: semper aliena
opera despicit: semp mirat que ipse facit: qz
quicquid egerit: egisse se singulariter credit:
atq; in eo qđ exhibet per glorie cupiditatem
sibimetipsi fauet p cogitationē: z secū in cun
ctis transcendere ceteros estimat: p lata co/
gitationum spacia secum deambulans lau/
des suas tacitus clamat. Nonnūq; vero ad
tantam elationem mens ducitur: vt ineo q;
tumet: etiam per ostentationem locutionis
effrenet. Sed tanto facilius ruina sequitur
quanto apud se quisq; impudentius exalta/
tur. Hinc ei scriptū est: Ante ruinaz exaltat
cor. Hin p danielē dicit: In aula babylonis
deambulabat rex: respōditq; z ait: Nonne C
hec est babylon magna quā ego edificaui in
domum regni in robore fortitudinis mee in
gloria decoris mei? Sed hūc tumorem quā
concite vindicte ira repressit ilico adiunxit
dicēs: Cū adhuc sermo esset ī ore regis vox
de celo ruit. Tibi dicitur nabuchodonosor
rex: regnū transiet a te z ab hoib⁹ te eijciēt z
cū bestijs ferisq; erit habitatio tua: fenū qua
si bos comedes z septē tēpora mutabunt su
per te. Ecce quia tu mor mentis vsq; ad ap/
ta verba se ptulit: patientia iudicis ptin⁹ vs
q; ad sententiā erupit: tantoq; hūc districti/
us perculit: quātū eius se superbia immode
ratius erexit: z quia enumerando bona dix/

it:in quibus sibi placuit enumerata mala in
A quibus ferietur audiuit. XVIII
Sciendũ vero est:q; ipsa hec de qua tractamus elatio alios ex rebus singularibus:alios vero ex spiritualibus possidet. Alter nanq; intumescit auro: alter eloquio:alter infimis ⁊ terrenis rebus alter summis celestibusq; virtutibus vnata men eademq; res ante oculos dei agitur:q; uis ad humana corda veniens in eorum obtutibus diuerso amictu pallietur. Nam cuz is qui de terrena prius gloria superbierat post modũ de sanctitate extollit:nequaq; cor ei⁹ elatio deseruit:sed ad euz consueta veniens vt cognosci nequeat vestẽ mutauit. Scien/
dum quoq; est q; aliter p;epositos:atq; ali/
B ter subditos temptat. Prelato nanq; in cogitationib⁹ suggerit:q; solo vite merito super ceteros excreuit:⁊ si qua ab eo bene aliquãdo gesta sunt:hec importune eius animo objcit:et cum hunc deo singulariter placuisse insinuat:quo facilius suggesta persuadeat ipsam ad testimoniuz potestatis tradite retributionẽ vocat dicẽs:Quia nisi omnipotens deus te his omnibus meliorem cerneret:oẽs hos sub tuo regimine non dedisset:eiusq; mor mentem ergit:viles atq; inutiles eos qui subiecti sunt ostendit:ita vt nullum iam quasi dignum respiciat cui equanimiter loquatur. Unde ⁊ mor mẽtis tranquillitas in irã vertit:quia dum cunctos despicit:dũ sensum vitãq; omniũ sine moderamine rep/
hendit tanto effrenati⁹ se in iracundiam dilatat:quanto eos qui sibi cõmissi sunt esse sibi/
A met indignos putat. XIX
Et contra cũ subiectoruz cor superbia instigat:hoc sumope nitit agere vt sua acta ꝓsiderare fugit⁹ negligãt:⁊ semp tacitis cogitationib⁹ rectoris sui iudices fiant:q; dũ in illo qd reprehendere debeant importune respiciũt:in semetipsis qd corrigant nunq; vident. Unde ⁊ tãto atrocius pereunt:quanto a se oculos auertũt:quia in huius vite itinere offendentes corruunt dũ alibi intendunt. Et quidẽ peccatores se assel/
runt:nec tamẽ tantũ vt tam noxie in regimine psone traderent. Et dũ ei⁹ facta despiciunt:dũ ꝓcepta cõtemnũt:ad tantã vsq; insaniã deuoluũt:vt deũ res hũanas curare nõ estimẽt:q; ei q; quasi iure reprehendit eẽ se cõmissos dolent. Sicq; dũ cõtra rectorẽ superbiunt:etiã cõtra iudicia cõditoris intumescunt vt dũ pastoris sui vitã diiudicãt:ipsam quoq; oia sapietiã disponẽtis impugnãt. Sepe aũt rectoris sui dictis ptrue obuiant ⁊ eandem vocis superbiam libertatẽ vocãt:Sic ꝙp
pe elatio se quasi p libertatis rectitudine objcit:sic sepe se ⁊ timor pro humilitate suppo
B nit. Nam sicut plerisq; reticent ex timore ⁊ tacere se estimant ex humilitate:ita nõnulli loquunt p impacientiam elationis:⁊ tamẽ loqui se credũt p libertatẽ rectitudis. Liquãdo aũt subditi ꝓterua q; sentiũt nequaq; prodeũt:⁊ hoz quoq; loquacitas vix cõpescit:nõnũq; ex sola amaritudine intimi rancoris obtumescũt q; p tumorẽ mẽtis ꝓcacitatis sue verba subtrahentes cũ male loq; soleãt peiꝰ tacẽt:qz cũ peccãtes aliquid de correctione audiũt:indignãtes etiã rnsiõis verba suspẽdunt. Cũ hijs qñ agit aspere sepe adquere/
le vocẽ de hac ipsa asperitate ꝓsiliũt. Cũ vero eos magistri sui blande ꝓueniũt de hac ipsa humilitate qua ꝓuẽti sunt graui⁹ indignãtur:⁊ tãto eoz mens vastius accendit:quãto cõsideratius infirmari indicat:hij nimirũ quia humilitatem que virtutũ mater est nesciunt:vsum laboris sui perdũt:etiam si qua bona sunt que optari videant:quia surgentis fabrice robusta celsitudo nõ figit:que nequaq; p fundamẽti fortitudinem in petra solidat. Soli ergo ruine crescit qd edificãt:qz
C ante molem fabrice humilitatis fundamina nõ ꝓcurant. Quos bene ab intimis ꝓdimꝰ si paucis interioribꝰ ostendamꝰ. Cunctis nãq; supba apud se cogitatione tumentibus inest clamor in locutiõe:amaritudo in silentio dissolutio in hilaritate:furor in tristicia:inhonestas in actione:honestas in imagine:erectio in incessu:rancor in respõsione. Horum mens semp est ad ingerendas contumelias valida:ad tolerandas infirma:ad obediẽdũ pigra:ad lacessendos vero alios importuna ad ea q; facere ⁊ debet ⁊ prevalet:ignaua:ad ea aũt q; facere nec debet nec ꝓualet:parata. Hec in eo qd sponte nõ appetit nulla exhortatione flectit:ad hoc aũt q; latenter desiderat:querit vt cogitat:qz dũ metuit ex desiderio suo vilescere optat vim in ipsa voluntate tolerare. XX
A
Fit qz humanos animos aliter temptari ex rebꝰ carnalibꝰ:atq; aliter ex spiritualibꝰ dixim⁹ audiant illi Omnis caro fenũ ⁊ gl̃ia eius sicut flos feni:audiãt isti q̃d q̃busdã post miracula dr Nescio vos vñ sitis discedite a me operarij iniquitatis. Audiãt illi diuicie si affluãt nolite coarpo/
re audiãt isti qz fatue ꝟgines q; cũ vacuis vasculis veniũt ab intimis nuptijs excludunt. Rursum qz aliter temptari ꝓlatos:atq; aliter subditos ꝓfati sumus audiant illi qd per

Esa.40
Ps.61.
Mat.25.

quendam sapientem dicit: Ducem te constituerūt noli extolli: sed esto in illis quasi vn⁹
Hebre. 13. ex eis. Audiant isti obedite ꝓpositis vestris ⁊ subiacete eis ipi enim puigilant quasi rationem reddituri ꝓ animabus vestris: Audiant illi cum de accepta ptāte gloriantur: hoc
Luc. 16. quod abrae voce ardēti diuiti dicitur: Recordare fili quia recepisti bona in vita tua. Audiant isti cum cōtra rectores suos in querelam psiliunt: hoc quod murmurāti populo moysi ⁊ aaron vocibus respōdet: Nec ꝓtra nos
Exo. 16 est murmur vestrū sed cōtra dominū. Nos
Ps. 67. eīm quid sum⁹. Audiāt illi Turbabunt in cōspectu eius patres orphanorū ⁊ iudices viduarum. Audiant illi quod cōtra contumaciam subditorū dicit: Qui resistit potestati:
Ro. 13. Jaco. 4. dei ordinatiōi resistit. Audiāt simul oēs Deus superbis resistit humilib⁹ autem dat gratiam. Audiāt oēs Immūdus est apud: deū
Eccli. 10 ois qui exaltat cor suum. Audiāt oēs Quid superbit terra ⁊ cinis. Contra huius langoris pestem audiamus cūcti qō magistra veritas docet dicens: Discite a me quia mitis
Mat. 11. sum ⁊ humilis corde:

℣ XXI

A Hoc nanq; vnigenit⁹ dei fili⁹ formam infirmitatis nostre suscepit: ad hoc inuisibilis nō solū visibilis: sed etiam despectus apparuit: ad hoc contumeliarum ludibria: irrisionū obprobria: passionūq; tormenta tolerauit: vt superbum nō eē hominem doceret humilis deus. Quāta ergo humilitatis virtus est ꝓpter quam solaz veraciter edocendam is qui sine estimatione magn⁹ est: vsq; ad passionē factus ē parvus. Quia enim originem perditiōis nostre se superbia prebuit diaboli: instrumētum redemptionis nostre inuenta est humilitas dei Hostis quippe noster magnus inter omnia conditus videri super omnia voluit elatus. Redemptor autem noster magnus manēs supra omnia fieri inter omnia dignat⁹ est parvus. Sed melius ⁊ elationis causam detegimus: ⁊ fundamēta humilitatis aperimus si breui cōmoratione pstringimus quid mortis auctor quid vite conditor dicat. Ille nanq; ait: In celo ascendaz. Iste autē per ꝓphetam dicit: Repleta est malis anima mea et
Isa. 14 Ps. 87. vita mea inferno appropinquauit. Ille dicit
B supra astra celi exaltabo solium meuz. Iste humano generi a paradisi sedibus expulso
Apo. 22 dicit. Ecce venio cito ⁊ habitabo in medio
Ps. 21. tui. Ille dicit: sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis. Iste dicit ego sum vermis ⁊ nō hō: obprobrium hominum: ⁊ abiectio plebs. Ille dicit. Ascendā sup altitudinem nubiū ⁊ similis ero altissimo. Iste cū in
Phil. 2. forma dei esset nō rapinam arbitratus est se equalem esse deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiēs: ⁊ per membra sua loquit dicēs: Domine quis similis tibi? Ille
Ps. 85. Exo. 5 per mēbra sua loquit dicēs: Nescio dominū ⁊ israel nō dimittā. Iste ꝓ semetipsum dicit:
Jo. 7 Si dixero quia nō noui eum: ero similis vobis mendax: sed noui eum ⁊ sermonem eius seruo. Ille dicit mea sunt flumina ⁊ ego feci
Jo. 14. ea. Iste dicit nō possum a meipo facere quic q̄. Et rursum. Pater me⁹ in me manens ipse facit opera. Ille regna oia ostendens dicit Tibi dabo potestatē hāc vniuersaz ⁊ gloriam illorum: qz mihi tradita sunt: ⁊ cui volo do illa. Iste dicit Calicem quidez meū bi-
Luc. 4 Mar. 10 betis: sedere autē ad dexterā vel ad sinistrā meā: nō est meū dare vobis: sed q̄bus paratū ē a patre meo. Ille dicit: Eritis sic dij sciē-
Gen. 3. tes bonū ⁊ malū Iste dicit nō est vestrū nosse tēpora vel momenta: q̄ pater posuit in sua
L potestate. Ille vt volūtas diuina despici: et
Gen. 3. vt possit ꝓpria suaderi dicit: Cur ꝓcepit vobis deus: vt nō comederetis ex omni ligno paradisi? Et paulo post. Scit eīm deus ꝙ in quocunq; die comederitis ex eo aperientur
Jo. 5. oculi vestri. Iste dicit Nō quero volūtatez meā: sed volūtatē ei⁹ q̄ misit me. Ille ꝓ mē-
Sap. 2 bra sua loquit dicens: Nullū ꝓtum sit qō nō ptrāseat luxuria nostra: coronemus nos rosis anteq; marcescāt: vbiq; relinquam⁹ signa leticie nostre. Iste membris suis pnūciat dicens: Plorabitis ⁊ flebitis vos mūdus
Jo. 16. aūt gaudebit. Ille nihil aliud mētes sibi subditas docet: quā celsitudinis culmē appetere: cūcta equalia mentis tumore trāscēdere: societatē oim hoim alta elatione transire: ac
Ps. 72. sese contra potentiam ꝓditoris erigere sicut de eīdē per psalmistā dicit: Transierunt in dispositionē cordis cogitauerūt: ⁊ locuti sūt nequitias iniquitatez in excelso locuti sunt. Iste ad sputa: ad palmas: ad colaphos: ad spineā coronā: ad crucē ad lanceam: atq; ad mortē veniēs: membra sua ammonet dicēs:
Jo. 12. Di q̄s mihi ministrat: me sequat: ℣ XXII
A Quia igit redemptor noster regit corda humiliū: ⁊ leuiathan iste rex dicitur superborū: apte cognoscim⁹ q̄ euidentissimū reprobor signū superbia ē: at cōtra humilitas electorū. Cū ergo quā quisq; habeat cognoscit sub quo rege militet inuenit. Unusq̄sq; eīm quasi quendā titulū portat op is: quo facile ostēdat sub cui⁹ seruiat: potestate rectoris. Unde ⁊ per euangelium
Mat. 7. dicitur: Ex fructibus eorū cognoscetis eos,

Ne igitur nos leuiathan istius membra vel mira faciendo fallerent: apertum signum dominus: quo deprehendi valeat demonstrauit dicens: Ipse est rex super vniuersos filios superbie. Qui ⁊ si quando fictam speciez humilitatis assumūt semetipos tamen celare in omnibus nequaq̄ possunt: quia eorum supbia diu latere nō sustinēs: ⁊ cū ex alia tegit ex alia actiōe denudat. Qui vero sub rege humilitatis militāt: semp pauidi atq; ex omni latere circūspecti: aduersum iacula elationis pugnant: ⁊ quasi contra veniētes ictus solum magis in suo corpore oculum custodiunt: dum in semetipsis principaliter humiliter humilitatem tuent.

A

Sancti gregorij Liber XXXV

Quia iste vltimus huius operis liber est: ⁊ locis difficilioribus pertractis minus obscura sunt: libet hūc indulgētius remissiusq; trāscurrere. Velut emerso enim magno mari iam litꝰ cernimus: ⁊ intentionis nostre vela deponētes non eodem quo prius impetu ducimur: sed tamen adhuc ex impulsione flatus pristinus: quasi nostre anxietatis vētus cecidit: sed tamē eius vis se ipsa iam tranquillior vsq; ad stationem nos litoris impellit. Igitur priusq̄ fideli famulo dominus leuiathan hostis eius q̄ sit ⁊ fortis ⁊ callidus ostēdit: dū vires illius subtiliter fraudesq; patefecit: beatus iob ad vtraq; respōdit dicēs:

Job. Ca. XLII

Scio quia omnia potes ⁊ nulla te latet cogitatio. Cōtra immanes quippe vires eius intulit: scio q̄ omnia potes: contra occultas vero machinatiōes illius subiūxit: ⁊ nulla te latet cogitatio. Unde ⁊ mox leuiathan eidem exprobat dicens Quis est iste qui celat consilium absq; scientia. Absq; scientia em̄ leuiathan celat consilium: quia q̄uis contra infirmitatem nostrā multis fraudibus occultetur: protectoris tamen nostri sancta inspiratione detegit. Absq; scientia celat consilium: quia licet temptatos lateat: latere tamen protectorē nō potest temptatorū. Igit audita fortitudine ⁊ calliditate diaboli: audita etiam creatoris nostri potentia: que ⁊ illum valenter reprimit: et nos misericorditer tegit quesumꝰ beate iob vt que de temetipso sentis nobis minime occultes. Sequit. Ideo insipiētie locutꝰ sum ⁊ que vltra modū excederēt scientiam meā. Oīs hūana sapiētia quātolibet acumīe polleat: diuine sapientie cōparata: nec iusta nec pulchra s̄ insipiētia ē. Oīa ei hūana q̄ iusta que pulchra sunt dei iusticie ⁊ pulchritudini cōparata nec iusta nec pulchra sunt: nec omnino sunt. Beatus itaq; iob ea que dixerat: sapiēter se dixisse crederet: si verba superiores sapientie nō audiret. In cuius cōparatione stultum est nostrum omne quod sapit: ⁊ qui sapienter quidem locutus hominibus fuerat: diuinas tamen sententias audiens sapientius se cognoscit nō esse sapientem Hinc est q̄ Abraam inter verba dominica nil se: nisi puluerem vidit dicēs: Loquar ad dominū meum cuz sim puluis ⁊ cinis. Hinc est q̄ Moyses omni egyptiorum sapientia instructus: ex quo loquentem dominum audiuit: impeditioris ⁊ tardioris lingue se eē deprehendit dicens: Obsecro domine non sum eloquēs ab heri em̄ ⁊ nudiustertius ex quo locutus es ad s̄uum tuū: impeditioris ⁊ tardioris lingue sum Hinc est q̄ Esaias postq̄ sedentem dominum super soliū excelsum atq; eleuatum vidit postq̄ seraphin duabus alis faciē: duabꝰ velare pedes: ⁊ duabꝰ volare conspexit: postq̄ id quod est: sanctꝰ sanctus: sanctus: dominꝰ deus exercituū alter ad alterū clamare audiuit ad seip̄m rediens ait: Ve mihi q̄ tacui: quoniā vir pollutis labijs ego sum: ⁊ i medio populi polluta labia habētis ego habito: Moxq; ip̄am polluti onē vnde cognouerat subdens ait: Et regez dominuz exercituū: vidi oculis meis. Hinc Hieremias diuina verba audiens verba se nō habere cognouit dicens. A. a. a. domine deus: ecce nescio loqui: quia puer ego sum.

C

Gen. 18.

Exo. 4

Esa. 6.

Ubi. 3

Jere. 1.

II

Hinc Ezechiel loquens: de quattuor animalibus dicit: Cum fieret vox supra firmamentum quod erat supra caput eorum: stabant ⁊ submittebant alas suas. Quid em̄ per volatū animalium nisi euangelistarum atq; doctorum sublimitas designatur. Vel quid sūt ale animalium: nisi sanctorum cōtemplationes eos ad celestia subleuantes. Sed cum fit vox supra firmamentū quod super caput eorum ē: stantes submittunt alas suas: quia cū internam vocem superne sapientie audiunt: quasi volatus sui alas deponūt: quia videlicet ipsam veritatis altitudinem minus se contemplari posse cognoscunt. Ad vocē ergo desuper veniētem alas deponere est: cognita supna potentia virtutes ꝓprias humiliare ⁊ cōsideratione creatoris nil de se aliud q̄ abiecta senti

Ezech. 4.

A

B

Lex.

re. Sancti itaq; viri dum diuinitatis archa/
na audiunt quanto magis contemplando p/
ficiunt tanto amplius despiciendo quod sūt
aut nihil: vt ppe nihil se esse cognoscūt. Re/
spondeat ergo diuinis sermonibus beatus
iob ⁊ sapienter pficiens: stultum se esse dep̄
hendat dicens: Insipienter locutus sum: et
que vltra modum excederent scientiā meā.
Ecce tanto se amplius redarguit quāto am/
plius proficit, ⁊ scientiam suam vltra moduz
excessisse se credidit q̄ in verbis domini pl⁹
q̄ estimauerat: secreta eius sapientia agno/
uit. Sequitur. ℣ Audi ⁊ ego loquar inter;
rogabo te ⁊ responde mihi. Audire nostruz
est: sono aliunde venienti aurem alio posi/
tam comodaui. At cōtra deo cui nil extra est
audire, ppꝛie est sub semetipso surgentia, de/
sideria nostre pcipere. Ad deum ergo qui ⁊
tacentium corda cognoscit: loqui nostrū est
nō vocibus gutturis id quod sentimus pro/
dere: sed promptis ad illum desideriis in/
hiare. Et quia ideo quisq; interrogat: vt di/
scere valeat: quod ignorat homini deum in/
terrogare est in conspectu eius nescientem se
cognoscere. Respondere autē dei est eū q̄ se
bene humiliter nesciētem cognouerit: occul
tis inspirationibus erudire. Ait ergo beatus
iob: Audi ⁊ ego loquor. Ac si diceret: Mi/
sericorditer desideria mea percipe: vt dum
hec misericordia tua pcipiens adiuuat ad te
multiplicior̄a cōsurgant. Bona quippe vo/
ta quotiens effectum pcipiunt multiplicant̄
Unde alias scriptum est: Ego clamaui quo
niam exaudisti me. Non em̄ ait quia clama/
ui: exaudisti me: sed clamaui quoniam exau
disti me. Qui em̄ loquens exauditus fuerat
votis pficiētibus exauditus clamabat. In/
terrogabo te respōde mihi ac si diceret: nesci
entem me ex tue scientie contemplatione co/
gnosco. Interroganti igit̄ respōde id est stul
ticiam ppꝛiam humiliter cognoscentem do/
ce. Quia enim interrogaret ipse ex desiderio
humilitatis ⁊ deum sibi responderе quere/
ret ex magisterio inspirationis verbis sequē
tibus declarat̄. Interrogaturū quippe se p
hibuit: sed nil interrogando subiungit. Na/
q̄ sola humilia de se sentiens: ⁊ que miseri/
corditer a domino perceperit: agnoscens p/
tinus subdidit. Auditu auris audiui te: nūc
autem oculus meus videt te: hijs nimirum
verbis aperte indicat: quia quāto visus su/
perior est auditu tāto differt ab eo quod pri/
us extitit: ⁊ hoc quod postmoduz per flagel
la profecit. Et quia interno oculo veritatis
lumen magis conspexerat humanitatis sue
tenebras diiudicans plus videbat. Unde ⁊
Sequit. ℣ Idcirco ipse me reprehēdo. Quan
to em̄ quisq; minus videt: tanto sibi minus
displicet: ⁊ quanto maioris gratie lumen p/
cipit: tanto amplius reprehensibilem se esse
cognoscit. Cum em̄ intrinsecus subleuatur:
per omne q̄d est: ad eam quā sup se conspicit
regulam cōgruere nitit̄. Et quia adhuc hu/
mana infirmitas prepedit cernit: quia ei nō
minima parte dissentit totamq; ex se illi one/
rosum est: quod interne regule conueniens
est. Quam regulam beatus iob post flagel/
la pficiens amplius suspicit ⁊ a semetipso in
sui magna redargutione dissentit dicens: Id
circo ipse me reprehendo. Sed quia nulla ē
cognitio reprehensionis si non sequant̄ etiam
lamenta penitudinis recte post reprehensionē
subdit̄. Et ago penitentiam in fauilla ⁊ cine
re. In fauilla etem̄ ⁊ cinere penitentiā agere
est contemplata summa essentia nil aliud q̄
fauillam se cineremq; cognoscere. Unde ⁊ ci
uitati reprobe in euangelio dominus dicit.
Si in tiro ⁊ sidone facte fuissent virtutes que
facte sunt in vobis: olim in cilitio ⁊ cinere pe
nitentiam egissent. In cilitio quippe asperi/
tas ⁊ compunctio peccatorū: in cinere autez
puluis ostendit̄ mortuorū. Et idcirco vtrun
q; hoc adhiberi ad penitentiā solet: vt in pū
ctione cilitij cognoscam⁹ q̄d p culpā fecim⁹
⁊ in faula cineris perpendamus: quid p iu/
dicium facti sumus. Considerent̄ ergo in ci/
licio pungentia vicia: cōsideret̄ in cinere per
mortis sententiam subsequens iusta pena vi
tiorum. Quia enim post peccatum carnis cō
tumelie surrexerunt: videat homo in asperi/
tate cilitij superbiendo quid fecit: videat in
cinere vsquequo cilitio ipsa p recordationez
atq; penitentiā dolorum punctio designari.
Nam hoc quod ait beatus iob ipe me repre
hendo: quasi quodam cilitio pungit̄: dum i
mente sua asperis redargutionum stimulus
confricatur. In cinere autem agit penitenti
am quia ex primo peccato quid per iustū iu/
dicium factuz sit solerter attēdit dicēs. Ago
penitentiam in fauilla ⁊ cinere. Ac si aptē di
cat: De nullo actoris mei dono supbio quia
sumptus ex puluere per illate mortis senten
tiam ad puluerem me redire cognosco. ℣ III

Auditis igit̄ cunctis sermonib⁹ Job
cognitis etiam responsionibus ami/
corum libet ad interni iudicis seten/
tiam spectationem mentis nostre conuerte/
re eiq; dicere. Ecce domine vtraq; in cōspe
ctu tuo differētium partes audiuimus: ⁊ iob
quidem in hoc certamie virtutis sue facta re

uoluere ꝛ amicos eius contra eum cognouimus tue iusticie gloriã defensare. Inter hec autem quid nostra mens sentiat agnoscis. Neq; enim possumus eorum nos dicta reprehendere quos defensioni tue cognoscimus deseruire. Sed ecce assistũt partes expectãt sententiam: profer ergo domine ex inuisibili regula subtilissimum tue discretionis examen: ꝛ quis in contentione ista sit rectꝰ locutus ostẽde. Sequit ℣ Post q̃ autẽ dominus locutus est ẏba hec ad iob: dixit ad elifas themanitem. Iratus est furor meus in te: ꝛ in duos amicos tuos: quoniam nõ estis locuti coram me rectum sicut seruus meꝰ iob: O domine iudicij tui sententia indicat quãtum a luce tue rectitudinis cecitas nostra discordat. Ecce te iudice beatũ iob victorẽ esse cognoscimus: quẽ in te peccasse loquẽdo credebamus: te iudice additi sunt rei q̃ beati iob se merita transcendere p̃ te loquendo crediderunt. Quia igitur ex diuina sentẽtia quid de partibus estimemus agnouimꝰ: nũc eiusdem sententie paulo subtilius verba pensemus. Quomodo eñ superius beatus iob reprehendit: si in cõparatione eius rectitudinis amici illius nequaq; coraz domino locuti rectum memorarunt. An adhuc illa de eo sententia confirmatur: qua antiquo hosti dicit Vidisti seruum meum iob: q̃ nõ sit ei similis super terram? Sed quid est hoc quod ꝛ laudatur hosti: ꝛ in seipso reprehenditur: ꝛ tamẽ amicis loquẽtibus anteferꝝ: nisi q̃ sanctus vir cunctos meritorum suorum virtute trãscendit: sed eo ipso qõ homo fuit ante dei oculos sine reprehensione esse nõ potuit. In sancto quippe homine in hac interim vita commorãte diuini examinis regula habet adhuc q̃ iudicet: q̃uis iam ex comparatione ceterorum hominũ habeat quod laudet. Beatus igitur iob pro culpa sua credidit ꝛ nõ p̃ gratia flagellari: resecari in se estimauit vicia nõ autem merita augeri: ꝛ ineo reprehendit qõ intẽtionem flagelli fuisset aliter suspicatus: ꝛ tamen amicis resistentibus interni indicij diffinitione resistentibus p̃latus est. ℣ IIII

A Quod e aperte colligit quante iusticie fuerit in eo quod cõtra amicorũ verba inno cẽtiam sue operatiõis astruxit: qui diuino etiam ipsis eiusdem diuini iudicij defensoribus anteferꝝ. In exordio autem libri huius agnouimus: quia de illo sathan domino dixerat: mitte manum tuam ꝛ tange eum: ꝛ vide si non in facie benedicat tibi: Ad quaz petitionem beatus iob damnis orbitate: vulneribus ꝛ verborum scandalis tangi permittitur: quia videlicet certus qui eum laudauerat extitit: quod nequaq; iuxta assertionem diaboli sanctus vir in maledictionis culpa laberet. Sicut ergo ꝛ superiꝰ diximus: quisquis beatum iob in sua locutione estimat post flagella peccasse: aperte dominum indicat in sua assertione errasse. Et q̃uis dominus ad diabolum loquens bona illius p̃sentia p̃rotulit non autem eiꝰ perseverantiam spospõdet. Sciendum tamen est qz nequaq; eius iusticiam permittendo tẽtatori p̃rotulisset: si eum iustum in tentatione persistere non posse p̃reuideret. Permisso itaq; diuinitus in eius tentatiõe diabolo: quisq; eum in tẽtatione succubuisse estimat ignoratiam permittentis accusat. Approbemꝰ igit in dictis suis: veraciter iob ne deum in sua p̃rouidentia nequiter accusemus. Et quidẽ quantum ad humana iudicia in verbis suis amici eius multa illa rectius dixisse crederẽtur: sed veritas aliam ex occulto regulã p̃roferens ait: Non estis locuti coram me rectuz sicut seruꝰ meus iob. Coram me ait: id est intus vbi sepe multorum vita displicet que etiam foris hoibus placet. Unde caute nimis in laude iustorum coniugũ dictum est. Erãt iusti ambo ante deum: Nõ enim secura laus est iustos ante homines apparere. Sepe eñ humana sententia velut in deo magnũ quẽpiam approbat: sed hunc omnipotens deus qui quasi ex se approbatur ignorat. Hinc est enim quod psalmista vigilãter exorat dicẽs: Dirige in conspectu tuo viam meam. Nimirum qz plerunq; in conspectu hominũ recta via creditur etiam que a veritatis itinere deprauat. Et notandũ q̃ non dicit: non estis locuti coram me rectũ: sicut iob: sed sicut seruus meꝰ iob: vt videlicet interpositione seruitutis dũ eum quasi sub quadam peculiaritate commemorat: cuncta que in defensione sua dixerat: qz non contumaci superbia: sed humili veritate dixerit ostendat. ℣ V

Sed qz iustus est: ꝛ misericors deus amicos eius ꝛ per iusticiam districte redarguit: ꝛ p̃ misericordiam benigne cõuertit. Nã sequitur ℣ Sumite vobis septem tauros: ꝛ septem arietes: ꝛ ite ad seruum meum iob ꝛ offerret holocaustuz p̃ vobis. Job autem seruꝰ meus orabit pro vobis: faciem eiꝰ suscipiam vt non vobis imputetur stulticia. Ecce iustus ꝛ misericors deꝰ nec culpas sine increpatione deserit: nec reatum sine conuersione dereliquit. Quia enim internꝰ est medicus primo putredinem vulneris innotuit: ꝛ post remedia consequende

salutis indicauit. Quia autem sepe iam dixi/
mus quod amici beati iob hereticorum spe/
ciem teneant qui deum dum defendere nitũ
tur offendunt: quoniam in dictis suis verita
ti rebelles sunt: cui famulari se in falsa asser/
tione suspicantur. Omnipotẽs deus sepe il/
los corpori sancte ecclesie per cognitionem
veritatis inuiscerat: bene ipsa quoq; eorum
conuersio que sepe misericorditer agitur per
hanc veniam quã amici iob percipiunt desi
gnat. Notãdum vero magnopere est: q; cõ
uersionis sue sacrificium domino non per se
sed per iob iubent offerre. Quia nimirũ he/
B retici cũ ab erroꝛe redeunt. Quia ergo se iraꝝ
domini suo p se oblato sacrifico placare ne/
quaq; possunt nisi ad catholicam ecclesiam
quam beatus iob significat conuertant: vt
salutem suam eius precibus obtineant cui⁹
fidem peruersis assertionibus impugnabãt.
Ait enim: iob seruus meus oꝛabit pro vobis
faciem eius suscipiam: vt nõ vobis imputet
stultitia. Ac si aperte hereticis dicat: Sacri/
ficia vestra non accipio: petitionum vestra/
rum verba non audio nisi per intercessionẽ
illius: cui⁹ pfessionis verba ꝺ me veracia re
cognosco. Et vos quidem tauros: atq; arie
tes ad exhibenda sacrificia conuersionis ve/
stre deducite: sed a me salutẽ vestram per ca
tholicã ecclesiam: quã diligo postulate. Ip/
si enim volo dimittere id qꝺ mihi in ipsa de/
liquistis: vt hec vestram incolumitatem ob
tineat que ex vestro languoꝛe laboꝛabat.

A Sola quippe est per quã sacri ℣ VI
ficium dominus libenter accipiat: so
la que pro errantibus fiducialiter in
tercedat. Unde etiam de agni hostia domi/
nus precepit dicens: In vna domo comede
Exo.12. tur nec offeretis de carnibus eius foras. In
vna nanq; domo agnus comeditur: quia in
vna catholica ecclesia vera hostia redemp/
toris immolatur. De cuius carnib⁹ diuina
lex efferri foras perhibet: quia dari sanctum
canibus vetat. Sola est in qua opus bonuꝫ
fructuose peragit: vnde & mercedem dena/
rij non nisi qui intra vineã laboꝛauerunt ac/
ceperunt. Sola est que intra se positos vali
Gen.6. da caritatis cõpage custodit. Unde & aqua
diluuij archam quidem ad sublimioꝛa sustu
lit: omnes aũt quos extra archam iuenit ex/
tinxit. Sola est in qua superna misteria ve/
raciter contẽplemur. Unde & ad moysen do
Exo.33. minus dicit: Est locus apud me & stabis su/
pra petram. Et paulo post. Tollam manuꝫ
meam & videbis posterioꝛa mea. Quia enim
ex sola catholica ecclesia veritas conspicitur
apud se esse locum dominus perhibet ꝺ quo
videatur. In petra moyses ponitur: vt dei
speciem contempletur: quia nisi quis solidi/
tatem fidei tenuerit diuinam presentiam nõ
cognoscit. De qua soliditate dominus dicit B
Super hanc petram edificabo ecclesiam me
am: quid est ergo hoc loco dicere ad amicos
iob ite ad iob: nisi petrã ascẽdite. Quid est fa
cie ei⁹ p vobis suscipiaꝫ: vt nõ imputet vo
bis stultitia: nisi id quod illic dicitur posteri
oꝛa mea videbis: id est eius que postmoduꝫ
futura sunt misteria incarnationis intelligis
Heretici autem p eo quod in petra stare cõ/
temnunt transeuntis domini posterioꝛa non
aspiciũt: quia extra ecclesiam positi incarna
tionis eius sicut sunt misteria nõ agnoscunt.
Sicut autem & superius diximus p tauros
ceruix superbie: per arietes vero ducat⁹ ex/
primitur qui ab hereticis persuasis plebib⁹
quasi seductis gregib⁹ agitur. De hereticis
nanq; superbientibus dicit: qui infirmoꝛuꝫ
mentes male suadendo coꝛrumpunt. Consi/
lium tauoꝛum inter vacas populoꝛum. Et
quia sequẽtes se populos: velut greges tra/
hunt: arietes aliquando nominant. Gregesq;
scilicet arietes ducunt. Unde per increpatio Tren.1.
nem hieremias ait: Principes tui velut arie
tes. Quia igit hereci: cum ad sanctã ecclesiã
redeunt superbie elationem deserunt: & ne/
quaq; quasi sequentes greges populoꝛũ cu
neos ad interitum ducũt: amici beati iob of
fere tauros & arietes iubent. Tauros & arie L
tes offerre in sacrificio est: superbum ducatũ
conuersionis humilitate mactare: vt edomi
ta ceruice superbie discant obediendo sequi
qui dudum ducendo pire conabant. Recte
quoq; eoꝛum hec superbia septem sacrificijs
expiatur: quia heretici ad ecclesiam reuertẽ/
tes per humilitatis hostiã dona spiritus gra
tie septiformis accipiunt: vt qui elatiõis sue
vetustate tabuerũt nouitate gratie reformẽ/
tur. Septenarius autem numerus apud sa/
pientes huius seculi quadam sua habetur ra/
tione perfectus quod ex primo pari & ex pri/
mo impari consumat. Primus enim impar ter/
narius est: primusq; par quaternari⁹. Ex q̃
bus duobus septenarius cõstat qui eiusdem
partibus tuis multiplicatus in duo denari/
um surgit. Nam siue tres per quattuoꝛ seu
quattuoꝛ per tres ducimus ad duodenariuꝫ
peruenimus. Sed nos quia superno munẽ/
re veritatis predicamẽta percipim⁹ hec fixa
scientie altitudine despiciẽdo calcam⁹. Hoc
procul dubio in cõcussa fide retinentes: quia
quos spiritus gratie septiformis repleuerit

perficit:eiscz non solum trinitatis noticiam: sed etiam virtutum quattuor id est pruden/ tie:temperãtie:fortitudinis: atcz iusticie ope rationez prebet:quia in ipsis quocz quos in greditur:suis quodammodo partibus auge tur dum ꝛ per trinitatis noticiam quattuor virtutum actio accipitur: ꝛ p actionem vir/ tutum quatruor vscz ad manifestam trinita tis speciem pueniẽ. Et apud nos ergo septe narius:sed lõge dissimiliter:quia plene et nõ inaniter in duodenariuz surgit: dum ꝛ per fi dem opera: ꝛ rursuz per opera pficit fidem. Sãcti quocz apostoli gratie septiformis spi/ ritu implendi duodecim sunt electi. In qua/ tuor enim mũdi partibus trinitatem que de B us est innotescere mittebant. Duodecim er go electi sunt: vt etiam ex ipsius numeri ra/ tione:causa claresceret:quod per quatuor in fima tria summa predicarẽt. Siue itacz hac seu alia qualibet fortasse ratione: i scriptura tamen sacra septenario numero aliquando secura requies eternitatis:aliquãdo vniuer sitas presentis hui⁹ temporis:aliquando au tem sãcte ecclesie vniuersitas designat. Se/ ptenario quippe numero perfectio eternita/ tis innuitur:cum dies septimus in requiem domini sanctificat⁹ vocatur. Cui iam vespe/ ra inesse nõ dicit:qz eterne beatitudinis req/ es nullo termino coartatur. Hinc est etiã qõ lege data dies septimus feriatus esse pcipit: vt eterna p illum requies designetur. Hinc est q in annorum curriculo septenarius nu/ merus septies multiplicatus monade addi/ to ad quinquagenarium ducitur: vt perpe/ tuam beatitudinem signans iubilei sacratissi ma requies obseruet. Hinc est quod resur/ gens dominus ꝛ frequenter apparens vlti/ mo iam conuiuio cum septem discipulis co/ medisse describit:quia hij qui in illo nunc p/ fecti sunt eterna per illum refectione saciant

A RVrsum per septenarium nu/ VII merum hec vniuersitas tempora/ litatis accipit. Hinc est enim q per se ptem dies hoc totum vite pentis tempus euoluitur. Hinc est quod i typo sancte eccle sie que omni tempore hunc mundum predi/ can do circuit: archa domini tubis clangen/ tibus muros iericho diebus septem circum/ Ps.108. acta confregit. Hinc propheta ait: Septies in die laudem dixi tibi. Quod ipse rursum p toto atcz vniuerso sue deprecationis tempo re se dixisse significans ait: Semp laus in ore meo. Quod vero per septenarium numerũ presentis vite vniuersitas designat tunc ma gis ostendit: cum post eum quocz etiã octo/ narius subinfertur: Septenariuz quippe cũ adhuc alius sequitur ex ipso eius augmento exprimitur quod finienda temporalitas eter nitate cõcludatur. Hinc est enim quod salo mon ammonet dicens: Da partes septẽ nec Eccl.11. non ꝛ octo. Per septenarium quippe nume rum hoc quod septem dieb⁹ agitur presens tempus expressit. Per octonarium vero vi tam perpetuam signauit: quã sua nobis do/ minus resurrectiõe patefecit. Dominico sci/ licet die resurrexit qui dum diem septimum id est sabbatum sequitur a conditione octa/ uus inuenitur. Bene autem dicitur da par/ tes septem necnõ ꝛ octo: quia ignoras quid mali futurum sit super terram. Ac si aperte B diceretur. Sic dispensa temporalia vt appe/ tere non obliuiscaris eterna. Oportet nancz vt imposterum bene agendo puideas: qui de venturo iudicio quanta tribulatio sequa tur ignoras. Hinc est q quindecim gradib⁹ templum ascenditur: vt ex ipsa eius ascensi/ one discatur: quatinus per septem ꝛ octo et temporalis solicite dispensẽ actio: et puide mansio eterna requiratur. Hinc est etiaz qõ dum monas in denariũ surgit .c.l. psalmos ppheta cecinit. Propter hunc septenarium numerum temporalia: octonariuz vero eter/ na signantem: super centum viginti fideles in cenaculo residentes spiritus sanctus effu/ sus est. Per septem quippe ꝛ octo quindeci componũtur ꝛ si ab vno vscz ad quindecim numerando paulatim per incrementa cõsur gimus: vscz ad centesimum ꝛ vicesimuz nu merum peruenimus. Qua scilicet effusione C spiritus sancti didicerũt: vt ꝛ temporalia to/ lerando transirent ꝛ eterna inhianter appe/ terent. Rursuz septenario numero sancte ec clesie vniuersitas designat: vnde iohannes in apocalypsi septem ecclesijs scribit: sed p eas quid aliud: cz vniuersalem ecclesiam in/ telligi voluit. Que nimirũ vniuersalis eccle/ sia vt plena septiformis gratie spiritu signa/ retur Heliseus super puerum mortuum se/ 4.Re.4. pties inspirasse describitur. Super extinctũ populum quippe dominus veniens quasi septies inspirat: q ei dona spiritus septifor/ mis gratie misericorditer tribuit. Quia igit sepe septenario nũero sancte ecclesie vniuer sitas figuratur veniant ad beatum Job ami ci illius ꝛ iussum diuinitus offerant holocau stum. Sed vigilanter omnino septenarij nu meri archana custodiant vt videlicet hij qui extra sunt positi: prius se vniuersitati sancte ecclesie misceant: ꝛ tunc demum veniam de reatu pristine elationis exquirant. Pro cul/

pa sua septem sacrificia offerat: quia reatus sui absolutionem non accipiunt nisi gratie septiformis spiritus vniuersali pacia qua exciſi fuerant aggregent. Dicatur igitur. Sumite vobis septem tauros ⁊ septē arietes ⁊ ite ad seruum meum iob: ⁊ offerat holocaustuz pro vobis: Job autē seruus meus orabit p vobis faciem eius suscipiā: vt non vobis imputetur stulticia. Ac si hereticis redeuntib⁹ aperte diceretur. Vniuersali vos ecclesie p humilitatem penitētie iungite atq; eam quā per vosmetipsos digni non estis veniam ei⁹ a me precibus obtinete: qui cum per hāc veracit̄ sapere discitis prioris apud me vestre sapientie stulticiam deletis. Sequit. ℣ VIII

Text A Neq; enim locuti estis coraz me recta sicut seru⁹ meus iob. Hec paulo ante iam dominus ꝓtulit: ⁊ tamen hec eadem iterando subiungit. Quid est hoc: nisi quod sententiam quam semel iudicando dixerat: iterum replicando cōfirmat: atq; vt manifestius beati iob iusticia amicoruq; ei⁹ iniusticia demonstretur eius laus illoruq; reprehensio iterata voce depromitur: vt replicata foris appareant q̄ fixa intus habeant. Nanq; cum rex egypti metuenda venture famis tempora sub bouz spicarūq; spetie gemina visione cognouisset. Voce sancte interptis audiunt quod vidisti secundo ad eandē rem pertinens somnium firmitatis indiciuz est. Qua ex re apte colligitur: quia quicq̄d in eloquio diuino repetitur robustius confirmatur. Sed quia quid iudex decreuit audiuimus at illi quoq; quid faciant audiamus.

Text Sequitur. Abierunt ergo elyphas themanites: ⁊ baldath suites: ⁊ sophar naamathites: ⁊ fecerūt sicut locutus fuerat ad eos dominus ⁊ suscepit dominus faciem iob. Horum interpretationem nominum idcirco reticemus: quia in huius operis exordio de eanos latius disseruisse meminimus. Intuendum vero est: quia ita cautus sicut predict⁹ fuerat ordo accepte venie custoditur: vt in sacrificijs dominus non illoruz: sed beati iob faciem suscepisse referat. Sed quia quisq; pro alijs intercedere nitit sibi potius ex ipsa

Text. caritate suffragatur: recte subiūgitur. ℣ Dominus quoq; conuersus est ad penitentiam iob cum oraret pro amicis suis. Jam enim superius pro amicis suis eraudit⁹ ostēditur cum factum quod predixmus memoratur fecerunt sicut locut⁹ fuerat ad eos dominus: ⁊ suscepit dominus faciem iob. Sed cum protinus subinfertur: dominus quoq; conuersus est ad penitentiam iob cū oraret pro amicis suis: aperte ostenditur quia etiam pro semetipso penitus tanto citius exaudiri meruit: quanto deuote pro alijs intercessit. Plus eñ pro se valere preces suas effecit qui has ⁊ alijs impendit. Libentius quippe sacrificiū orationis accipit: quod in ꝓspectu misericordis iudicis ꝓximi dilectione conditur: quod tunc veraciter quisq; cumulat: si hoc etiā p aduersarijs impendat. Hinc est eñ q̄ veri/ tas magistra dicit: Orate pro persequentibus ⁊ calūniantibus vos. Hinc rursum ait: Cum stabitis ad orandum dimittite si quid habetis aduersus aliquem: vt pater vester qui in celis ē dimittat vobis peccata vestra quantum vero pro se obtinuit qui pro alijs interuenit: illico demonstratur cum subdit:

Addidit dominus omnia q̄cque fuerant iob duplicia. Cuncta que amiserat duplicia recepit quia per pietatem benigni iudicis temptationis nostre dispendium vincunt suffragia consolationū. Minus autez temptat patio q̄ remuneratio consolatur: vt ex retributiōis merito lenire fuisse quod tolerauit agnoscat: qui ex persecutionis pōdere graue se aliquid tolerare iudicabat. Unde afflicte q̄ iudee dicitur: Ad punctū in modico dereliqui te: ⁊ in miserationibus magnis cōgregabo te. Aliquando vero iuxta afflictionis pōdus disponitur mensura consolationis. Unde alias scriptum est: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tue letificauerunt animaz meā. In ea enim mensura consolatum se in qua afflictus fuerat indicat: qui letificatum se secūdū multitudinem dolorum clamat. Non autez minime lector instruitur si ipsum remunerationis ordinem contempletur. Excessum q̄p pe correctio: correctionem penitentia: penitentiam venia: veniam vero munera subsequuntur. Sed quia diuine dispensationis p missione percussus etiam amicorum verbis afflictus est: diuine pietatis muneribus consolatus etiam humana debet caritate refoueri: vt vndiq; ei consolationis gaudia respondeant quem vndiq; dolorum tristicia ⁊ aduersa lacerabant. Unde ⁊ subditur ℣ Uenerunt autem ad eum omnes fratres sui: ⁊ vniuerse sorores sue: ⁊ cuncti qui nouerant eum prius ⁊ comederunt cuz eo panem in domo eius: ⁊ mouerūt super eum caput suū. Quid in comestione panis nisi caritas. Quid vero in motione capitis nisi ammiratio designatur. Bene autem subditur. Et cōsolati sunt eum super omne malum quod intulerat dominus super eum. Percussi enim merorem

consolari est: ei post percussionem de venia congaudere. Nam quanto quisq; de restituta ꝓximi salute cernitur hilarescere: tanta se indicat ꝺ ablata doluisse. Et dederūt ei vnꝰ quisq; ouem vnam ⁊ inaurem aureā vnam Licet hec cuncta iuxta hystoriam veraciter dicta sunt in ipsis tamen oblatis muneribus cogimur: vt ad allegorie misterium recurramus. Neq; etiam ociose debemus accipere quod ouem vnam: quod in aurem auream obtulere vnam. Et si fortasse iuxta litteram mirum non est: ouis oblata: cur vna tamen valde mirum est inauris oblata cur vna. Quid vero aut ouis ad inaurem ꝑtinet aut quid inauris ad ouem? Ex ipso ergo muneris fine compellimur vt priora queq; que superficietenus iuxta solam historiam contingendo transcurrimus: in allegorie misterijs indagemus. Quia igit̄ christus ⁊ ecclesia id est caput ⁊ corpus vna persona est: sepe beatum iob diximꝰ modo capitis modo figuraꝫ corporis designare. ¶ IX

A Seruata ergo hystorie veritate sub typo gestuꝫ sancte ecclesie sentiamꝰ id quod scriptum est Addidit dominus oīa quecunq; fuerant iob duplicia Sancta quippe ecclesia ⁊ si multos nūc percussione tentationis amittit: in fine tamen huius seculi ea que sua sunt duplicia recipit. quando susceptis ad plenum gentibus: ad eius fideꝫ currere omnis que tunc inuenta fuerat etiaꝫ
Ro.11. iudea cōsentit. Hinc nanq; scriptum est: Donec plenitudo gentium introiret: ⁊ sic omnis israel saluus fieret. Hinc in euangelio quoq;
Mat.27 veritas dicit: Helias veniet et ille restituet omnia. Nūc enim amiserat israhelitas ecclesia quos conuertere predicando nō valuit: sed tunc helya predicante: dum quotquot inuenerit colligit: velut plenius recipit quod amisit. Vel certe sācte ecclesie in fine suo duplum recipere est: in singulis nobis ⁊ ꝺ beatitudine anime ⁊ ꝺ carnis incorruptiōe gaudere. Hinc est em̄ quod per ꝓphetam ꝺ ele-
Esa.61. ctis dicit̄ In terra sua duplicia possidebunt Hinc est quod iohannes apostolus de san-
Apo.6. ctis finem mundi querentibus dicit: Date sunt illis singule stole albe: et dictum est eis vt requiescerēt adhuc modicum tempus donec compleret̄ numerus conseruorum ⁊ fra-
B trum eorum. Sicut enim longe superius diximus ante resurrectionez sancti singulas stolas accipiunt quia sola animarum beatitudine perfruuntur: in fine autem mundi binas habituri sunt: quia cum mentis beatitudine etiam carnis gloriam possidebunt. Sed ea que subnixa sunt in fine magis huius seculi conuersionem se iudaici populi nunciare testantur. Nam subdit̄ ¶ Venerunt autem ad Tex.
eū omnes fratres sui: ⁊ vniuerse sorores sue: ⁊ cūcti qui nouerāt eum prius ⁊ comederūt
cum eo panem in domo eius. Tunc quippe C
fratres sui ⁊ sorores ad christū veniūt: quādo ex plebe iudaica quotquot inuēti fuerint conuertuntur. Ex illo em̄ populo carnis materiam sumpsit. Tunc ergo ad eum fratres: ⁊ sorores accedunt: quando ex ea plebe que ei per cognationem iuncta est vel qui fortes futuri sunt velut fratres: vel infirmi velut sorores ad eum per cognitionem fidei: deuota gratulatione concurrunt. Tunc apud euꝫ celebre festiuitatis conuiuium exhibēt: quādo eum iam nequaq̄ quasi purum hominē contēnētes propinquitatis sue memores diuinitati se eius inherere congaudent. Tunc in domo eius panem comedunt cum postposita obseruatione littere in sancta ecclesia mistico eloquio quasi frugis medulla pascunt̄. Bene autem subiungit̄. ¶ X

Cuncti qui nouerāt eum prius. Pri- Tex.
us quippe nouerant: quē in passiōe A
sua quasi incognitum contempserūt Nam nasciturum christum nullus qui plene legeꝫ didicit ignorauit. Unde ⁊ herodes rex magorum occursione perterritus sacerdotes ⁊ principes studuit solerterter inquirere. vbi christum nasciturū esse prescirent· cui ꝓtinus responderunt: in bethehem iude Prius ergo nouerant quē passionis sue tempore dum despicerent ignorabant. Quoruꝫ ⁊ noticia prior: ⁊ ignorantia posterior: bene ac breuiter isaac caligante signatur. Qui dū iacob benediceret: ⁊ quid eueniret in futuro p̄uidebat: ⁊ quis illi presens assisteret nesciebat. Sic quippe israelitaruꝫ populus fuit q̄ ꝓphetie misteria accepit: sed tamen cecos in contemplatione oculos habuit: quia euꝫ p̄sentem non vidit: de quo tam multa in futuro preuidit. Ante se enim positum nequaq̄ cernere valuit cuius aduentus potentiā longe ante nunciauit. Sed ecce in fine mūdi veniunt ⁊ eum quem prius nouerāt: recognoscunt. Ecce in domo eis panem comedunt: B
quia in sancta ecclesia sacri eloquij fruge pascuntur: ⁊ omnem insensibilitatem pristini: torporis excutiunt. Unde ⁊ subditur. ¶ Et Tex.
mouerūt sup eum caput. Quid enim in capite: nisi principale mentis accipit̄. Sicut per psalmistam dicit̄: Iupinguasti i oleo caput Ps.22.
meum. Ac si aperte diceret̄. Arentem in suis cogitationibus mentem meā caritatis vn

ctione rigasti. Caput ergo moueꝫ: cum per formidinez veritatis tacta ab insensibilitate sua mens quatitur. Ueniant ergo parentes ad conuiuiũ atq; excusso torpore moueãt ca put id est hij qui redemptori nostro carne cõ iuncti fuerant refectionem quandoq; verbi in fide pcipiãt: ⁊ insensibilitatis pristine du riciam amittant. Unde bene per abachuc di cit: ¶Pedes eius steterunt ⁊ mota est terra. Stãte enim domino terra proculdubio mo uetur: quia cum cordi nostri timoris sui ve stigia imprimit cuncta in nobis cogitatio ter rena contremiscit. Hoc itaq; loco caput mo uere est: immobilitate mẽtis excutere et ad cognitionẽ fidei crudelitatis gressibus ppin quare. Sed quia sancta ecclesia nunc hebre orum auersione afficitur: ⁊ cum conuersione releuaꝫ recte subiungitur. ℣ XI

Ter. A ET consolati sunt eum super oñe qđ intulerat dominus super eum. Con solaꝫ videlz christum: consolantur ecclesiam qui ab infidelitatis pristine errore resipiscunt ⁊ prauitatem vite per quã recta docentibus repugnauerant deserũt. An nõ grauis meror est duris cordibus infructuo se predicare laborem in ostendenda verita te sumere: sed nulluz de conuersione audien tium fructum laboris inuenire. At cõtra ma gna pdicatorum cõsolatio est subsequẽs pro fectus auditorum. Releuatio quippe dicen tis est immutatio proficientis. Et notanduz quod in flagello positum consolari noluerũt sed ad consolandum eũ post flagellum veni unt quia nimirum passionis ei⁹ tempore he brei predicamenta fidei contemnentes: quẽ hominẽ ex morte probauerant deum crede re desperũt. Unde per ps. dominus dicit

Ps. 68. Sustinui qui simul mecum contristaretur ⁊ non fuit consolantem me que quesiui et non inueni. Consolantem quippe in passione mi nime inuenit: qui ex despectu mortis etiam ipsos hostis pertulit pro quibus ad mortem

B venit. ¶Post flagella ergo propinqui ad con solationem veniunt: quia in mẽbris suis nũc quoq; dominus patiꝫ: sed extremo tempore israelite omnes ad fidem cognita helye pdi cat/one cõcurrunt atq; ad eius protectionez quẽ fugerant redeunt: ⁊ tunc illud eximium multiplici aggregatione populorum cõuiui um celebratur. Tunc post flagella quasi iob sanus ostenditur: quando a conuersis: atq; credentibus post passionem suam ac resurre ctionem dominus in celis immortalis viue re per certitudinem fidei scit. Tũc quasi re muneratus iob cernit: quãdo in maiestatis sue potentie sicut est deus creditur et eius fi dei subiici hij qui prius restiterant videntur In fine igitur mundi credentes hebrei cõue niant: ⁊ humani generis redemptori in potẽ tia diuinitatis quasi sano iob obligationum suarum vota psoluant. Unde ⁊ subditur. Ter A

ET dederunt ei vnusquisq; ℣ XII ouem vnã ⁊ inaurẽ auream vnam. Quid p ouem nisi innocẽtia: Quid p inaurem nisi obedientia designatur? ¶Per ouem quippe simplex anim⁹: per inaurẽ ve ro ornatus humilitatis gratia audit⁹ expri mit. Sed quia ad ostendendam virtutẽ obe diẽtie occasio oportuna se prebuit: libet hãc paulo vigilãtius solicituscq; discutere: ⁊ quã ti sit meriti demõstrare. Sola nanq; virtus est que virtutes ceteras menti inserit: inser tasq; custodit. Unde ⁊ primus homo prece ptum quod seruaret accepit. Cui se si vellet obediens subdere: ad eternã beatitudinem sine labore peueniret. Hinc samuel ait: Me lior est obedientia quã victima: ⁊ auscultare magis q̃ offerre adipem arietum: quaq; pec catum ariolandi est repugnare: ⁊ quasi scel ydolatrie nolle acquiescere. Obedientia q̃p pẽ victimis iure pponit: quia per victimas aliena caro per obedientiam vero voluntas propria mactatur. Tanto igitur quisq; deũ citius placat quãto ante eius oculos repres sa arbitrij sui superbia gladio pcipiẽtis se im molat. Quo contra ariolãdi peccatũ inobe dientia dicitur: vt quãta sit virtus obediẽtie demonstretur. Ex aduerso igit melius ostẽ ditur: quid de eius laude sentiatur. Si enim quasi ariolandi peccatum est repugnare et quasi sceluꝫ ydolatria nolle acquiescere: sola est que fidei meritum possidet sine qua quis q̃ infidelis esse cõuincit: etiam si fidelis esse videatur. Hinc per salomonem in ostensiõe obedientie dicitur: Uir obediens loquitur victorias: quia dum aliene voci humiliter: subdimur nosmetipsos in corde superamus Hinc in euangelio veritas dicit. Eũ qui ve nit ad me non eijciam foras: quia de celo de scẽdi nõ vt faciã volũtatem meam: sed volũ tatem eius qui misit me. Quid eñ si suam fa ceret: eos qui ad se veniunt repulisset. Quis aũt nesciat: q̃ voluntas filij a patris volũta te non discrepet. Sed quoniam primus ho mo qui suã facere volũtatẽ voluit a paradisi gaudio exiuit: secundus ad redemptionẽ ho minũ veniens dũ volũtatẽ se patris ⁊ nõ su am facere ostendit: pmanere nos intus do cuit. Cum igitur nõ suam sed patris volũtat tem facit eos qui ad se veniũt foras nõ eijcit

1. Re. 15. B

Pro. 21. Jo. 6. C

quia dū exemplo suo nos obediētie subijcit
viam nobis egressionis claudit. Hinc rursū
Jo. 5. ait: Non possum ego a meipso facere quicq̄
sed sicut audio iudico. Nobis quippe obedi
entia vsq̄ ad mortem seruanda precipitur.
Ipse audit si sicut audit iudicat: tunc quoq̄
obedit cum iudex venit: ne igitur nobis vsq̄
ad presentis vite terminum obedientia labo
riosa appareat: redemptor noster indicat: q̄
hanc etiam cum iudex venerit seruat. Quid
ergo mirum si homo peccator obedientie in
presentis vite breuitate se subijcit: quando
hanc mediator dei ⁊ hominum ⁊ cū obediē/
tes remunerat nō relinquit. ¶ XIII

A Sciendum vero est quod nunq̄ per
obedientiam malum fieri aliquādo
autem debet per obedientiaz bonū
quod agitur intermitti: neq̄ enim mala i pa
radiso arbor extitit: quā deus homini ne cō/
tingeret interdixit: Sed vt per melius obe/
dientie meritum: homo bene cōditus cresce
ret dignū fuerat: vt hunc etiam a bono ꝓhi
beret: quatinus tanto veri⁹ h̄ qd̄ ageret: vir
tus esset: quāto ⁊ a bono cessans auctori suo
se subditum humilius exhiberet. Sed notā/
dum q̄ illic dicit: ex omni ligno paradisi co/
medite: de ligno autem scientie boni ⁊ mali
ne tetigeritis. Qui eniz ab vno quolibet bo
no subiectos vetat: necesse est vt multa cōce
dat: ne obedientis mens funditus intereat:
si a bonis omnibus penitus repulsa ieiunat.
Omnes autē paradisi arbores ad esum do/
minus cōcessit cū ab vna ꝓhibuit: vt creatu
ram suam quam nolebat extingui sed ꝓuehi
tanto facilius ab vna restringeret: quāto ad
cunctas latius relaxaret. Sed quia nōnūq̄
nobis huius mundi ꝓspera: nonnunq̄ vero
B iubentur aduersa. Sciendum summopere ē
q̄ obedientia aliquādo si de suo aliquid ha/
beat nulla est: aliquando autem si de suo ali
quid non habeat minima: nam cum hui⁹ mū
di successus precipitur: cū locus superior im/
peratur: is qui ad ꝑcipienda hec obedit obe
diētie sibi virtutem euacuat: si ad hec etiā ex
ꝓprio desiderio anhelat: neq̄ em̄ se sub obe
dientia dirigit q̄ ad ꝑcipienda hui⁹ vite ꝓspe
ra libidini ꝓprie ambitionis seruit. Rursum
cum mundi despectus precipitur cum ꝓbra
adipisci ⁊ contumelie iubentur: nisi ex seip/
so animus hec appetat obediētie sibi meritū
minuit: q̄ ad ea que in hac vita despecta sūt
inuitus nolensq̄ descendit. Ad detrimentū
quippe obedientia ducitur: cum mentem ad
suscipienda probra huius seculi nequaq̄ ex
parte aliqua etiam sua vota comittant. De/
bet ergo obedientia ⁊ in aduersis ex suo ali/
quid habere: ⁊ rursum in prosperis aliquid
omnimodo nō haberet quatinus: ⁊ in aduer
sis tanto sit gloriosior: quanto diuino ordini
etiam ex desiderio iungitur: et in prosperis
tanto sit vilior: quanto in presenti ipsa quā
ꝑcipit gloria funditus ex mente separatur. C
Sed hoc virtutis pondus melius ostēdim⁹
si celestis patrie duorum hominum facta me
moremus. Moyses nanq̄ cum in deserto
oues pasceret: domino per angelum in igne
loquentez vocatus est: vt eripiende omni is
raelitarum multitudini preesset. Sed quia
adhuc se mente humilis extit: oblatam pro/
tinus tanti regiminis gloriam expauit: mox
q̄ ad infirmitatis patrociniū recurrit dicēs:
Obsecro domine nō sum eloquens: ab heri Exo. 4.
eniz ⁊ nudiustertius ex quo cepisti loqui ad
seruū tuum ⁊ tardioris ⁊ impeditōris lingue
sum factus. Et se postposito alium deposcit
dicens: Mitte quē missurus es. Ecce cum
auctore lingue loquit: ⁊ ne tāti regiminis po
testatem suscipiat: elinguem se esse causatur.
Paulus quoq̄ diuinitus fuerat: vt in hieru
salem debuisset ascendere ammonitus sicut
ipse Galathis dicit. Deinde post ānos qua/ Gall. 2.
tuordecim iterum ascēdi hierosolimā assum/
pto Barnaba ⁊ tito ascendi autem secundū
reuelationē. Isq̄ in itinere cum prophetam D
agabum reperisset quāta se aduersitas in hie
rosolimis maneret audiuit. Scriptum quip
pe est: q̄ idem agab⁹ zonam Pauli suis pe/ Act. 21.
dibus inserēs dixit: Virum cui⁹ hec zona ē:
sic alligabunt in hierusalem. A paulo autem
protinus respondetur. Ego non solum alli/
gari: sed mori in hierusalem paratus sum ꝓ
nomine iesu: neq̄ preciosiorem facio animaz
meam q̄ me. Preceptione igitur reuelatio/
nis hierosolimam pergens aduersa cogno/
scit: ⁊ tamen hec libenter appetit: audit que
timeat: sed ad hec ardentior anhelat. Moy
ses itaq̄ ad ꝓspera de suo nihil habet: quia
p̄cibus renititur ne israelitici plebi preferat.
Paulus ad aduersa etiam ex suo voto duci
tur quia malorum imminentium cognitionē
percipit: sed deuotione spiritus etiā ad acrio
ra feruescit. Ille presens potestatis gloriam/
deo voluit iubente declinare scz: sed deo as/
pera ⁊ dura disponente se studuit: ad graui/
ora preparare. Preeunte ergo vtrorūq̄ di/
ctuz in fracta virtute instituimur: vt si obedi
entie palmam apprehendere veraciter niti:
mur prosperis huius seculi ex sola iussione
aduersis autem etiam ex deuotione milite/
mus. ¶ XIIII

A Notandum vero est q̄ hoc loco cum inaure ouis: cum oue inauris offert̄ quia nimirum innocuis mentib⁹ ornamentū semp obedientie iungit̄: dño attestante qui ait: Oues mee vocem meam audiunt: ⁊ ego cognosco eas ⁊ sequūt̄ me. Beato igitur Iob nemo inaurem sine oue nemo ouem sine inaure obtulit: quia profecto redēptori suo non obedit: qui innocens non est: ⁊ innocens esse non potest qui obedire contemnit. Quia vero ipsa obedientia nō seruili metu: sed caritatis affectu seruanda est terrore pene: sed amore iusticie: cūcti qui ad cōuiuium veniunt: aureā inaurem obtulisse p̄hibentur: vt videlicet in ea que exhibet̄ obedientia caritas fulgeat: que virtutes omnes quasi auri more cetera metella transcendat.

B Sed quia nulla esse innocentia: nulla esse vera obedientia in multiplicibus hereticorum diuisionibus potest: ad cognitionez fidei venientes offerant ouem sed vnam: offerant inaurem sed vnā: id ē tales venāt: qui in vnitate sancte ecclesie innocui obedientesq̄ persistant. Vnū quippe diuidi per numeros nō potest: quia hoc ipsum vnum quod dicim⁹: numerus non est. Offerant igitur ouem sed vnam: offerant inaurum sed vnam: id est ad sanctā ecclesiam cum innocentia atq̄ obedientia venientes eam mentem deferant: quā sectarum scismata non diuidāt. ℣ XV

A Aperire libet oculos fidei: ⁊ illud extremum sancte ecclesie de susceptione israelitici populi conuiuium contemplari. Ad quod nimirum conuium magnus ille veniens helyas conuuantium inuitator adhibet̄: ⁊ tunc propinqui: tunc noti ad eum cum muneribus veniunt: quē in flagello paulo antepositum contēpserunt. Appropinquante enim die iudicij vel precursoris vocibus vel quibusdam erumpentibus signis: ipsa eis iam aliquo modo aduenientis domini virtus interlucet. Cui⁹ iram duz preuenire festinant: conuersiōis sue tempus accelerant. Conuersi autem cum numerib⁹ veniunt: quia eum quem paulo ante in passione deriserunt tunc virtutū opera quasi mu

B nera offerendo venerantur. Illud proculdubio hac oblatione complentes quod et cernimus magna ex parte iam factum: ⁊ adhuc credimus ex magna parte faciendu⁹ Adorabunt eum filij tiri in muneribus. Tunc nāq̄ illum plenius filie tiri in muneribus adorant cū israelitarum mentes huius mundi subdite desideriis ei quem superbientes negauerunt quandoq̄ cognito hostias suę confessionis apportant. Et q̄uis eiisdē temporibus q̄bus antichristus appropinquat: aliquatinus vita fidelium minoris esse virtutis appareat: quāuis in cōflictu illius perditi hominis grauis etiam corda fortium formido cōstringat. Helya tamen predicante roborati nō solū fideles quiq̄ in sancte ecclesie soliditate p̄sistunt: sed sicut superius diximus: ad cognitionē fidei multi quoq̄ ex infidelibus cōuertunt: ita vt israelitice gentis reliquie que repulse prius funditus fuerāt: ad sinū matris ecclesie pia omnimodo deuotione cōcurrāt. Vnde ⁊ bene subditur. ℣ XVI

Tex. A D Ominus aūt benedixit nouissimis iob: magis q̄ principio eius. Hec historice facta credim⁹: hec mistice facienda speramus. Magis enim nouissimis iob: q̄ principio benedicit̄: q⁹ quantum ad israelitici populi susceptionem pertinet: vrgēte fine presentis seculi: dolorē sancte ecclesie dñs animarū multiplici collectione cōsolatur. Tanto quippe locupletius ditabitur: q̄to ⁊ manifestius innotescit: quod ad finez presentis vite temporalitas vrgetur. Predicatores nanq̄ sancte ecclesie benedictiōe extremi temporis p̄s. ditari cōspexerat cum dicebat. Adhuc multiplicabūt̄ in senecta vberi: ⁊ bene pacientes erunt vt annūcient. In senecta sc̄z vberi multiplicabunt̄: quia cū eorum vita differt̄: semp ad meli⁹ fortitudo p̄ducit̄: eisq̄ p augmentū tēporū crescunt̄ eti- Ps. 91.

B am lucra meritorum. Bene autē pacientes sunt: vt annūcient: q⁹ celestia p̄dicantes: tanto robustius aduersa tolerant: quanto ⁊ per tolerantiā suā animarū cōmoda locupletius reportant. Sequit̄. ℣ Et facta sunt ei quatuordecim milia ouiū: ⁊ sex milia camelorū: Tex.
⁊ mille iuga boum: ⁊ mille asine: ⁊ fuerunt ei septē filij: ⁊ tres filie. Ex septem milia ouiū: ⁊ tria milia camelorū: ⁊ quingenta iuga boum ⁊ quingentas asinas: ante p̄bationē p̄cussionis habuerit: ipsa eiusdē historie p̄fatio ostēdit: que p flagellū p̄dita: ⁊ nūc sunt duplicia restituta. Filij aūt totidem sunt redditi: q̄ amisit. Septē quippe filios: ⁊ tres filias habuit: septem aūt nūc filios: ⁊ tres filias recepisse describit̄: vt ⁊ hij qui extincti fuerant: viuere demonstrent̄. Dū eñ dicit̄: Addidit dñs quecūq̄ fuerant iob duplicia: ⁊ tñ totidem filios ei restituit: q̄ amisit: nec liberos duplicit̄ addidit: cui decē postmodū in carne restituit. Decē vero q̄ amissi fuerāt: in occulta animarū vita seruauit. ℣ XVII

A Si quis autem in predictis animalibus: postposito culmo historie: vt i-

tellectuale videlicet animal pasci misteriorũ fruge desiderat: necesse est vt que sentimus agnoscat. Intelligere eñ possum⁹ q̃ in hijs animalibus aggregata fideliuz vniuersitas designet. Hinc est nanq̃ qõ p̃ps patri de filio dicit: Omnia subiecisti sub pedib⁹ eius: oues ⁊ boues vniuersas: insup ⁊ pecora cãpi. Hinc est quod ijsdem ꝓpheta sanctam ecclesiam simplices quosq̃ inhabitare cõspiciens ait: Alialia tua habitabunt in ea. Quid ergo in ouibus: nisi innocentes? Quid in camelis nisi eos qui ceteroꝝ mala transeunt exuberanti: ⁊ tortuosa mole viciorũ? Quid in iugatis bobus: nisi israelitas legi subditos? Quid in asinis: nisi simplices gentiliũ mentes accipimus? Nam quia innocẽtes quiq̃ ouium nomine designãt: testat̃ p̃s. qui ait: Nos aũt populus eius: ⁊ oues pascue eius: Neq̃ eñ qui seruare innocentiam negligũt illa interne pascue refectione satiant̃. Camelli vero nomine: aliquando in sacro eloquio dominus: aliquãdo gentiliũ superbia exprimitur: quasi excrescente desuper tumore tortuosa. Quia enim ad suscipienda onera spõte se camelus humiliat: non immerito redemptoris nostri gratiam designat. Qui in eo q̃ infirmitatis nostre onera suscipere digna⁹ est: a potestatis sue celsitudine sponte descendit. Unde ⁊ per euangelium dicit: Potestatem habeo ponendi animam meã: ⁊ potestatem habeo iterum sumendi eaz: ⁊ nemo tollit eam a me. Et vnde iterum dicit: Facilius est camelum per foramen acus transire q̃ diuitem intrare in regnuz celorum. Quid enim nomine diuitis: nisi quemlibet elatum Quid camelli appellatione: nisi propriam cõdescensionem signat. Camelus eñ per foramen acus transijt: cum ijsdem redemptor noster vsq̃ ad susceptionem mortis per angustias passiõis intrauit. Que passio velut ac⁹ extitit: quia dolore corpus pupugit. Facili⁹ aũt camelus per foramen acus: q̃ diues celorum regnum ingreditur: quia nisi ipse prius infirmitatis nostre onera suscipiens: per passionem suam foramen nobis humilitatis ostenderet: nequaq̃ se ad humilitatem illi⁹ superba nostra rigiditas inclinaret. Rursuz cameli nomine tortuosa ac plena vitijs gentilitas designat̃: sicut per moysen dicit̃. Ꝙ inclinata iam die: egressum in agro isaac in camelo sedens rebecca cõspexit ac protinus de camelo descendit: ⁊ sese pallio ad visionẽ illius verecundata cooperuit. Quẽ enim isaac aliuꝝ in eo q̃ inclinata iam die in agro egressus fuerit designabat: nisi eum qui extremo huius mundi tempore: velut in diei fine veniens: quasi in agrum foras exijt. Quia cum sit inuisibilis: in hoc mundo se visibilem demonstrauit. Quem in camelo sedens rebecca conspexit: quia eum ecclesia ex gentibus veniẽs: dum adhuc vitijs esset innixa: ⁊ nec dum spiritalibus: sed animalibus motibus inhereret attendit. Sed protinus de camelo descendit: quia vicia quibus prius fuerat superbe elata deseruit: seq̃ etiam pallio operire curauit: quia viso domino: infirmitatem sue actionis erubuit: ⁊ illa que prius in camelo libere gestabatur: descendens postmodũ verecundia tegitur. Unde eijdem ecclesie a prioze elatione cõuerse: per apostol'cam vocem quasi rebecce de camelo descendenti: sibiq̃ pallium superducenti dicitur. Quẽ eñ fructum habuistis tunc in illis: in quib⁹ nũc erubescitis. Ro.1.

XVIII

A

In bobus vero aliquando luxuriosorum dementia: aliquando laboriosa fortitudo p̃dicantium: aliquando humilitas exprimitur israelitarum. Quia eñ bouis nomine per comparationem luxuriosorum dementia designatur: Salomon indicat: qui cum male suadentis mulieris petulãtiam premisisset adiunxit. Statimq̃ eam sequitur: quasi bos ductus ad victimã. Rursum quia bouis nomine laboz p̃dicatoris exprimitur: legis verba testant̃ que aiunt. Nõ obdurabis os boui triturãti. Ac si aperte diceret. Predicatores verbi: a stipendiorum suorum perceptione non prohibeas. Rursũ quia bouis nomine plebs israelitica figurat̃ propheta asserit qui redemptoris aduentuz denuncians dicit. Cognouit bos possessorez suum: ⁊ asinus presepe domini sui. Per bouem scilicet israeliticum populuz: iugo legis edomitum signans: per asinum vero gentilem populum signãs voluptatibus dedituz ⁊ grauius brutum. Asinoruz quoq̃ ⁊ asinarum nomine: aliquando luxuriosorum petulantia: aliquando mansuetudo simplicium: aliquando vero vt prediximus: stultitia gẽtilium designatur. Quia enim luxuriosoruz petulantia asinorum appellatione per cõparationem exprimit̃: aperte declarat̃: cum p ꝓphetã dicit̃: Quorum carnes sunt: vt carnes asinorum. Rursum: quia asinarũ nomine vita simpliciũ figurat̃: redemptor noster cum hierusalem pgeret: sedisse sup asinã describit̃. Hierusale quippe visio pacis dicit̃. Quid igit̃ signat q̃ dominus sedendo asinã hierusalẽ ducit̃: nisi q̃ simplices mẽtes dum p̃sidẽdo possidet: eas vsq̃ ad visionẽ pacis Deut.25. Esa.1. B Ezech.23.

Ps.8. Ps.67. B Ps.78. Jo.10. Mat.19 C Gen.24

sua sacra sessione pducit. Rursum: quia asi/
norum nomine: stultricia gentilium designat
Isa.32. pphetа testatur dicens: Beati qui semina/
tis super omnes aquas: immittentes pedē bo
uis ⁊ asini. Sup oēs quippe aquas semina/
re est: cūctis populis fructuose vite verba p̄
dicare. Pedem vero bouis ⁊ asini immitte/
re est: vias israeliticī ⁊ gentilis populi p̄ce
ptorū celestiū vincula religare. V/XIX

A Mittere igit veritate tuata beati iob
nomine cunctis his animalib⁹ nō im
merito credimus sancte ecclesie po/
pulos designari: quatin⁹ ea que scripta sunt
dispensatione sancti spūs cuncta mirabiliter
ordinante: ⁊ transacta nobis referāt: ⁊ futu
ra p̄dicēt. Agnoscam⁹ ergo in quib⁹ fideles
atq; inocētes ex iudea populos legis dudū
pascuis satiatos. Agnoscamus i camelis ad
fidem simplices ex gentilitate venientes: qui
p⁹ius sub ritu sacrilego quasi quadam defor
mitate membrorū valde turpes ostensi sunt
videlz feditate viciorū. Et q⁹ sepe vt p̄dixi/
m⁹ sacra eloquia curāt repetere qđ affirmāt
Possunt rursum in bobus israelite accipi: q̄
si iugo legis attriti: asinis vero vt dictū est:
gētiles populi designari: q̄ dū sc. colendis la
pidibus inclinabāt: nō reluctante mēte qua
si dorso stulticie supposito q̄buslibet idolis
B bruto sensu seruiebant. Sancta ergo ecclesia
que in exordijs suis innumeris tentationib⁹
p̄ssa vel israeliticū populū: vel multos ex gē
tibus amisit: videlicet quos lucrari non po/
tuit: duplicia in fine recipit: q⁹ in ea ex vtra/
q; natione: fideliū numerus multiplicior ex/
crescit. Possunt etiā p iugatos boues: p̄di/
catores intelligi. Unde cū eos ad annūcian
Mar.6. dū dñs mitteret: teste euangelio: binos mi/
sisse describit: vt q⁹ vel duo sunt p̄cepta ca/
ritatis: vel q⁹ haberi societas minus q̄ inter
duos nō pōt: p̄dicatores sancti ex ipa quali/
tate sue missionis cognoscerēt: q̄tā cōcordiā
societatis amarent. Possunt sicut p̄diximus
p asinas mētes simpliciū designari. Sancta
vero ecclesia duplices boues atq; asinas re/
cipit: q⁹ p̄dicatores sancti qui p⁹ius formidi/
ne in ei⁹ dudum tētatione iacuerant: ⁊ men/
tes simpliciū que viete terroribus veritatez
C illi⁹ cōfiteri formidabāt: tāto iā nūc robusti⁹
in cōfessione veritatis voces suas exerūt: q̄
to debili⁹ ante timuerūt. Hec in significatio/
ne ecclesie breuiter dixim⁹: que quō eiusdez
sancte ecclesie capiti seruiant in exordio hui⁹
opis lati⁹ nō dixisse memoram⁹. Qui ergo ō
hūs sibi plenius satisfieri nitit: scōm huius
operis librum legere dignet. Jam vero si q̄
rimur vt etiā de ipso animaliū numero disse
ram⁹ cur mille iuga boum: vel mille asine: et
sex milia camelorū: et quattuordecim milia
ouiū numerent: dicere breuiter possum⁹: qō
apud secularē quidē sententiā millenari⁹ nu
merus idcirco perfect⁹ habet: q⁹ denarij nu
meri quadratū solidū reddit. Decē quippe
decies ducta fiunt centum que iā figura qua
drata: sed plena nō est. Ut autē in latitudinē
surgat ⁊ solida fiat: rursus centū decies mul
tiplicant ⁊ mille sunt. Senari⁹ autē numer⁹
idcirco p̄fect⁹ est: q⁹ primus in numeris com
plet partib⁹ suis id est sexta sui parte ⁊ tertia
⁊ dimidia: que sunt vnū ⁊ duo ⁊ tria que in
summā ducta sex fiunt: nec ali⁹ ante senariuz
numerū reperit: q̄ suis partib⁹ dum diuidit
tota ei⁹ summa cōpleat. V/XX

A Sed quia cuncta hec per sacre scrip/
ture celsitudinē p̄ficiendo transcen/
dimus: ibi senarium: ibi septenariuz
ibi denariū: ibi millenarium: vnde sit perfe/
ctus inuenim⁹. Senari⁹ quippe numer⁹ in
scriptura sacra perfectus est: quia in mundi
origine dominus que primo die cepit: sexto
die opa impleuit. Septenari⁹ in ea p̄fectus
est: q⁹ omne opus bonū septē spirituū virtu
tibus agit: vt ⁊ fides simul ⁊ opera cōsume
tur. Denari⁹ numer⁹ in ea p̄fect⁹ est: q⁹ lex
in decem p̄ceptis concludit: omnisq; culpa
nō amplius q̄ per decē verba cohibet atq;
narrante veritate operatores vinee denario
remunerant. In denario quippe tria iungū
tur ad septem: homo autem qui ex anima cō
stat ⁊ corpore in septem qualitatibus conti/
netur. Nam tribus spiritalibus: ⁊ quattuor
corporalibus viget. In dilectione etem dei
tribus qualitatibus spiritaliter excitatur cū
ei per legē dicitur. Diliges dominum deum
tuum: ex tota mente tua: ⁊ ex tota anima tua
⁊ ex tota virtute tua. Corporaliter vero qua
tuor qualitatibus cōtinet: quia videlicet ex
materia calida ⁊ frigida: humida ⁊ sicca cō/
ponitur. Homo ergo qui ex septem qualita/
tib⁹ constat: denario remunerari dicit: quia
illa p̄fectione supne patrie septem nostra ad
tria iunguntur eterna: vt homo contempla
tionem trinitatis accipiat: ⁊ de remunerati/
one operis quasi quodā denario consumat⁹
viuat. Vel certe qđ septē virtutes sunt q̄b⁹
in hac vita laborat: dū q̄ eis in remunerati/
one cōtēplatio trinitatis reddit: vita laborā
tium denario remuneratur: sed perfectus q̄s
q; etiam in hac vita denarium accipit: dum
eiusdem septem virtutibus: spem: fidem cari
tatemq; coniungit. Millenarius quoq; nu

merus in sacro eloquio perfectus accipitur: quia appellatione eius vniuersitas designatur. Unde scriptũ est: verbi quod mandauit in mille generationes. Cum eñ nequaq̃ credendum sit q̃ ad centum generationes mundus extenditur: quid aliud mille generationibus: nisi vniuersitas generationum figurat? Beat⁹ igit̃ Iob quatuordecim milia ouium recipit. Quia eñ in sacra ecclesia virtutum perfectio ad vtrunq̃ sexum ducit septenarius in ea numerus duplicatur. Et sex milia camelorum quia plenitudinez in illa operis accipiunt: q̃ ab illa dudũ viciorũ suorum feditate perierũt. Mille quoq̃ iuga boum ac mille asinas recipit: quia israelitas atq̃ gẽtiles doctos ac simplices post tentationum casus in culmine perfectionis assumit. Septem quoq̃ filios ⁊ tres filias recipit: quia eorum mentibus quos septẽ virtutibus generat: ad perfectionis summã spem: fidem: caritatemq̃ coniungit: vt tãto verius prole sua gaudeat: quanto suis fidelibus nil deesse virtutis pensat. XXI

A Sed quia hec succincte transcurrim⁹ nunc ipsis quoq̃ indagandis filiarũ vocabulis intendamus. Sequitur. Et vocauit nomẽ vnius diem: ⁊ nomen secunde casiam ⁊ nomẽ tertie cornustibij. Hec nomina pro eo q̃ a virtutibus sumpta sunt: apte curauit interpres non ea sicut in arabico sermone inuẽta sunt ponere: sed in latinũ eloquiũ versa apertius demonstrare. Quis eñ nesciat diẽ vel casiam latina esse vocabula. At vero cornustibij quãuis non cornus. sed cornu dicitur: nec cantantiũ fistula tibiũ sed tibia dicitur: ⁊ vocat̃ in latina tamen lingua sermonis genere minime custoditorum credo prodere maluit: atq̃ in eius lingue de qua transferebat: proprietate pdurare. Uel quia per cornu vel tibiã vnũ verbũ ex vtroq̃ composuit: vtrunq̃ verbum per vnã ordinationis partẽ in latina lingua transfusum quo voluit genere licite vocauit. XXII

A Quid est ergo q̃ prima filia beati Iob dies dicit̃: secũda casia: tertia vero cornustibij vocata memoratur: nisi quia genus humanũ quod benignitate conditoris atq̃ eiusdem misericordia redemptoris eligitur: istis nominibus designat̃. Homo nãq̃ quasi dies ex conditione claruit: q⁹ hunc auctor suus ingenite innocentie splendore resparsit. Sed sponte sua ad peccati tenebras lapsus: quia dum veritatis lucem deseruit: quasi in nocte se erroris abscõdit. Unde alias dicit̃: secutus est vmbram. Sed q⁹ auctori nostro non defuit largitas bonitatis sue etiã cõtra tenebras iniquitatis nostre eũ quẽ prius potenter ad iusticiã cõdidit: potẽtius redimẽdo postmodũ ab errore reuocauit. Cui q⁹ post casum suũ illa cõditionis sue pristina firmitas defuit: cũ ꝫ bella itima repugnantis corruptionis multiplicib⁹ donoruz suoruz virtutib⁹ fulsit. Que nimirũ virtutes pficientiũ in noticia ceterorũ hominũ: quasi suauitate odorum fragrant. Hinc est eñ qõ p paulũ dicit̃: Christi bon⁹ odor sum⁹ deo. 2.Cor.2. Hinc q̃ sancta ecclesia in electis suis quandã fragrantiã suauitatis odorata in cantico/rũ cãtico loquit̃ dicẽs: Donec rex in recubitu suo est: nardus mea dedit odorẽ suũ. Ac si aperte dicat: Quousq̃ meis obtutibus rex apud se in requie secreti celestis abscondit̃: electorũ vita miris virtutũ odoribus exercetur: vt quo adhuc eũ quẽ appetit nõ videt: ardenti⁹ p desideriũ flagret: Rege quippe i recubitu suo posito: nardus odorẽ dat: duz quiescentem in sua beatitudine dño: sanctorum virtus in ecclesia magne nobis gratiaz suauitatis amministrat. Quia ergo ⁊ cõditũ luce innocentie claruit: ⁊ redẽptũ genus humanũ exercitio bonorũ operum odorẽ suauitatis asperſit: prima filia recte dies: ⁊ secũda nõ incongrue casia nominat̃. Bene aũt casia dicit̃: que in tanto sublimis vite odore dilatat̃. In ipsa quippe sua origine in qua iust⁹ homo conditus fuerat: tantis quantis nunc opus est virtutibus non indigebat: q⁹ si stare sicut est conditus vellet: hostem extra positũ vincere sine difficultate potuisset. Post q̃ vero per ascensum hominis semel aduersari⁹ ad intima irrupit: laboriosius iã victor eiicit̃: qui adhuc impugnans sine labore repelleret̃. Multa nãq̃ nũc exhibẽda sunt: q̃ in paradiso necessaria non fuerũt. Nunc ãp/pe opus est virtute patientie: laboriosa eruditione doctrine: castigatione corporis: assiduitate precis: confessione delictorũ: inundatione lacrimarum: quorum pfecto omnium conditus homo nõ eguit quia salutis bonuz ex ipsa sua conditione percepit. Egro quippe poculum amaram porrigit̃ vt ad salutis statum morbo subleuato reuocetur. Sano autem nequaq̃ percipitur: quid accipiat vt conualescat: sed a quib⁹ caueat ne lãguescat Nũc ergo maioribus studijs vtimur: cuz salutem nequaq̃ seruamus habitam: sed reparare curamus ablatam. Et quia omnes hũ annisus nostre reparatiõis magnis intra sãctã ecclesiã opinionib⁹ pollent nomen secunde filie velut casia ex merito redolet: vt quia

prima filia quasi dies extitit p dignitatē con
ditionis: secunda casia sit per fragrantiā for
titudinis: ex gratia redemptoris. ¶ XXIII
Ps.44. A Unde ⁊ eidem veniēti redemptori p
prophetā dicit̄ Mirra ⁊ gutta ⁊ ca
sia a vestimētis tuis a gradib⁹ ebur
neis: ex quibus te delectauerūt filie regū in
honore tuo. Quid ei mirre gutte ⁊ casie no
mine: nisi virtutum suauitas designat̄: quid
eburneis gradibus nisi magna nitens forti/
tudine ꝓficientium ascensus exprimitur. Re
demptor igitur veniens mirra: gutta: ⁊ casia
in vestimento vtit̄: qr ex electis suis quibus
se misericorditer induit: mire virtutis fragrā
tiā aspergit. In q̄bus iste odor ab eburneis
gradibus ducit̄: quia in eis virtutuz opinio
nō ex ostensione simulationis: sed ex veri ac
solidi operis ascensu generat̄. ¶ Bene autem
subdit̄: ex quibus delectauerūt te filie reguz
in honore tuo. Sancte nanq̄ anime ab anti
quis patrib⁹ ad cognitionez veritatis edite
redemptorē suum in eius honore delectant:
quia ex eo q̄ bene agunt sue laudi nil vendi
cant. Quia vero tertio ordine est humanuz
genus etiam carnis resurrectione renouatū
in illo concentu eterne laudis assumitur: ter/
B tia filia cornustibij vocat̄. Quid enim p cor/
nustibij nisi letātiū cantus exprimitur? Ibi
enim veraciter adimpletur quod modo p ꝓ
Ps.115. phetā dicit̄. Cantate domino canticum no/
uum. Ibi veraciter adimplet̄ vbi canticum
laudis dei nō iā ex fide: sed ex specie cōtēpla
ta cantabit̄. Ibi a nobis conditor noster lau
dum suarū veraces cātus recipit: qui huma
num genus ⁊ condendo diem ⁊ redimendo
casiam ⁊ assumendo cornustibij fecit. Qui ei
lux fuimus conditi: ⁊ nūc sumus casia redē
pti: erimus quādoq̄ cornustibij in exultati/
one eterne laudis assumpti. Sed priusq̄ ad
nuptiarum thalamuz sponsa perueniat: om
nem a se vite feditatem respuit: ⁊ sponsi amo
ri preparās sese per species virtutum comit.
C Studet quippe interni arbitris iudicio pla/
cere: ⁊ intimis desiderijs sb̄leuata fedos mo
res conuersatiōis humane trāscendere. Un
de bene ⁊ eijsdem filiab⁹ beati iob subditur.
Non sunt autem inuente mulieres speciose
sicut filie iob in vniuersa terra. Electorum
quip pe anime omne humanuz genus quod
in terra secundum hominez conuersatur sue
pulchritudinis decorem transcendunt: quā
doq̄ se exterius affligendo despiciunt tanto
se intus verius componunt̄. Hinc est enim
q̄ sancte ecclesie que electorum pulchritudi
Ps.44. ne decoratur per psalmistam dicitur. Concu
piuit rex speciem tuam. De qua paulopost
subditur: Omnis gloria eius: filie regum ab
intus. Nam si foras gloriam quereret: intus
speciem quam rex concupisceret: non habe.
ret. ¶ XXIIII
In quaquidem quāuis multi virtu/ A
tum decore fulgeant: atq̄ ipsa viuē
di perfectione ceterorum merita ex/
cedant: nonnulli tamen quia ad altiora asse/
quenda non sufficiunt: infirmitatis sue cōscij
pietatis eius gremio cōtinentur. Qui inquā
tum preualent: mala vitant: quāuis inquan/
tū appetunt altiora bona nō impleāt. Quos
tamē benigne dominus suscipit: eosq̄ apud
se pro modo digne retributionis admittit.
Unde ⁊ sequitur. ¶ Deditq̄ eis pater suus Tex
hereditatem inter fratres eorum. Ipse ergo
ex perfectorum merito speciose memorātur:
ipse etiam quasi ex imperfectorum typo ve/
lut infirme hereditatem inter fratres accipi/
unt. Usus nanq̄ vite veteris non habebat
vt hereditatem femine inter masculos sorti/
rentur: quia legis seueritas fortia eligens: in
firma contemnens: districte potius studuit:
q̄ benigne sentire. Sed pio nostro redemp/ B
tore veniente nullus infirmitatis sue cōscius
de sortienda celestis patrimonij hereditate
desperet. Pater enim noster inter masculos
etiam feminis iura successionis tribuit: q̄ in/
ter fortes atq̄ ꝑfectos infirmos, ⁊ humiles:
ad sortem superne hereditatis admittit. Un
de ipsa veritas in euangelio dicit. In domo Jo.14.
patris mei mansiones multe sunt. Apud pa
trem quippe mansiones multe sunt: quia in
illa beatitudinis vita non dispari vnusquis/
q̄ iuxta dispar meritum locum disparem p
cipit: sed eiusdez disparilitatis damna nō sen
tit: quia tantū sibi: q̄tum perceperit sufficit:
Sorores ergo cum fratribus ad hereditatez
veniunt: quia infirmi illuc cum fortibus ad
mittunt̄: quatinus si quis p imꝑfectionē nō
erit summ⁹: ad hereditatis tamen sortē p hu
militatez nō sit extraneus. Quas bene pau/ C
lus man siones iuxta merita distribuens insi
nuat cū ait. Alia claritas solis: ⁊ alia claritas 1.Cor.15.
lune: ⁊ alia claritas stellarum. Stella em̄ ab Tex.
stella differt in claritate. Sequit̄. Vixit au
tem post hec flagella iob centū quadragin/
ta annis: ⁊ vidit filios suos: ⁊ filios filiorum
suorum: vsq̄ ad quartam generationem et
mortu⁹ est: senex ⁊ plen⁹ dierum. In scriptu
ra sacra nō facile plen⁹ dierū ponit̄: nisi is cu
ius per eādem scripturam vita laudat̄. Va/
cuus quippe dierū est: qui quālibet multuz
vixerit: etatis sue tēpora in vanitate ꝯsumit

At cõtra plenus dierum dicitur: cui nequa/ q̃ dies supeundo transeunt: sed ex quotidia na mercede bona operis: apud iustum iudi/ cem ꝛ post q̃ transacti fuerint reseruantur.

A Sed quia sunt qui hec etiam ℣ XXV in typo sancte ecclesie interp̃tari de/ siderãt: quorum votis tanto magis obediendum: q̃to ꝛ eorum spiritali intelligẽ tie congaudendum. Si quattuordecim p denarium ducimus ad centesimum ꝛ quadra/ gesimum numerum peruenim⁹. Et recte vi ta sancte ecclesie multiplicata per decem et quattuor computat̃: quia vtrũq̃ testamen/ tum custodiens: ꝛ tam p̃m legis decalogum q̃ p̃m quatuor euãgelij libros viuens: vsq̃ ad perfectionis culmen extendit. Vñ ꝛ pau lus apostolus q̃uis epistolas quidecim scri pserit: sancta ecclesia tamen non amplius q̃ quatuordecim tenet: vt ex ipso in epistolarũ numero ostenderet: quod doctor egregius legis ꝛ euangelij secreta rimatus esset. Bene autem beatus iob post flagella viuere dicit̃: quia ꝛ sancta prius ecclesia disципline flagel/ lo percutitur: ꝛ postmodum vite perfectiõe roboratur. Que filios suos: ꝛ filios filiorum suorum vsq̃ ad quartam generationem con spicit: quia hac etate qua ãnuis quattuor tẽ poribus voluitur vsq̃ ad finem mũdi p ora predicantium: nascentes sibi quotidie sobo/ les contemplantur: Nec abhorret a vero q̃ per generationes dicimus tempora desi/
B gnari. Quid enim vnaquęq̃ successio: nisi quedam ppago est generis? Et pincerna re/ gis egypti cum vidisset somnium q̃ tres p/ pagines duceret: ioseph preditus in solutio/ ne somniorum tres propagines: tres dies re nuntiat designari. Sic ergo per tres ppagi/ nes spacium trium dierũ exprimitur: cur nõ etiam per quatuor generatiões annua quat/ tuor temporum figurantur. Sancta itaq̃ ec/ clesia videt filios suos: cum primam fideiuz sobolem conspicit. Videt filios filiorum: cum ab eisdem fidelibus ad fidẽ gigni ꝛ alios co/ gnoscit. Que etiam senex ꝛ plena dierum mo ritur: quia subsequẽte luce ex mercede quo/ tidianorum operum deposito corruptionis põdere: ad incorruptionem spiritalis patrie mutatur. Plena videlicet dierum moritur: cui labentes anni non transeunt: sed stantiuz actuum retributione solidant̃. Plena dierũ moritur: que per hec transeuntia tempora id quod non transit operatur. Unde apostolis
Jo.6. dicitur: Operamini nõ cibum qui perit: sed qui permanet in vitam eternam. Dies itaq̃ suos sancta ecclesia etiam cum presentem vi tam deserit: non amittit: quia in electis suis: tanto eorum lucem multiplicius iuenit: quã to nunc in eis ab omni tentatione se cautius. solicitiusq̃ custodit. Dies suos ecclesia non C amittit: quia sese in hac vita vigilanter quo/ tidie pensare non negligit: et ad omnia que recte facere valeat: inercia nulla torpescit. Hinc est etiam quod de illa per salomonem dicitur: Considerat semitas domus sue ꝛ pa Pro.5. nem ociosa non comedit. Semitas quippe domus sue considerat: quia cunctas sue con scientie cogitationes subtiliter inuestigat. Panem ociosa nõ comedit: quia hoc quod de sacro eloquio intelligendo perceperit: an te eterni iudicis oculos exhibendo operib⁹ ostendit. Mori autem dicitur: quia cum il/ lam eternitatis contẽplatio obstruxerit: ab hac immutabilitatis sue vicissitudine fundi/ tus extinguit: vt in ea iam hoc quod acumẽ intime visionis impediat vllo modo nihil vi uat. Tanto enim verius tunc interna conspi cit: quanto cunctis exterioribus plenius oc/ cumbit. Hanc itaq̃ mortem hanc dieruz ple nitudinem: ꝛ in beato iob vno id ẽ membro ecclesie credamus factam ꝛ in tota simul ec/ clesia speremus esse facienda quatinus ita te neatur rei geste veritas vt non euacuet̃ rei gerende prophetia. Bona enim que de san/ ctorum vita cognoscimus: si veritate carent nulla sunt: si misterium non habent minima Quia ergo per spiritum sanctum bonorum vita describitur: ꝛ per intellectum nobis spi ritalem fulgeat: vt tamen sensus a fide histo rie non recedat: quatenus tanto fixior⁹ anim⁹ in suo intellectu permaneat quãto hunc qua si in quodam medio constitutum ꝛ erga futu ra spes: ꝛ erga preterita fides ligat. ℣ XXVI

E Xpleto itaq̃ hoc opere ad me mihi A videor esse redeundũ. Multũ quip/ pe mẽs nostra etiã cũ recte loqui co/ nat̃ extra semetipsam spargit̃. Integritatez nanq̃ animi dũ cogitant̃ verba qualiter p/ ferant̃: quia trahũt exteri⁹ minuunt. Igit̃ ꝛ publico locutionis redeũdũ est ad curiã cor/ dis: vt quasi in quodã concilio cõsultatiõis ad meipsum discernendum cõuocem cogita tiones mentis: quatinus ibi videam ne aut incaute mala: aut bona nõ bñ dixerim. Tũc enim bene dicitur bonum: cuz is qui dicit so li et: a quo accepit: id appetit placere q̃ di/ cit. Et quidez mala me aliqua: ꝛ si dixisse nõ inuenio: tamẽ quia omnino non dixerim nõ defendo. Bona vera si qua diuinit⁹ accipiẽs

dixi: meo videlicet vicio minus me bene dixisse profiteor. Nam ad me intrinsecus rediēs postpositis verborū foliis: postpositis sententiarū ramis: dum ipsam subtiliter radicē mee intentionis inspicio: deo quidem me ex ea summopere placere voluisse cognosco: & eidem intentioni qua deo placere studio: furtim se nescio quomodo intentio humane laudis interserit. Quod cū iam postmodū tarde q̄z discerno: inuenio me aliter agere qđ scio me aliter inchoasse. Sic eñ sepe intentionez nostram dum ante dei oculos recte incipit: occulte subiuncta ꝛ eam velut in itinere comp̄hendens intentio humane laudis assequit̄ sicut p necessitate quidē cibus sumit̄: sed in ipso esu dum furtim gula surrepit: edendi delectatio permiscet̄. Unde plerunq̄z cōtingit vt refectionē corporis quā salutis causa celpimus causa voluptatis expleamus. Fatendum est igitur quod rectā quidem intentionem nostram q̄ soli deo placere appetit: nonnūq̄z intentio minus recta: que de donis dei placere hominibus querit insidiando comitatur. Si autem de his diuinitus districte discutimur quis inter ista remanet salutis locꝰ quādo ꝛ mala nostra pura mala sūt: ꝛ bona que nos habere credimus pura bona esse neq̄z possūt. Sed hoc mihi facere opere p̄cium credo: quod fraternis auribꝰ omne qđ in me latenter ipse reprehendo incunctanter aperio. Quia enim exponendo non celaui: quod sensi confitendo non abscondo qđ patior. Per expositionē patefeci dona: p confessionem detego vulnera. Et q̄z in hoc tam magno humano genere nec paruuli desunt qui dictis meis debeāt instrui: nec magni desunt qui cognite mee valeant infirmitati misereri: per hec vtraq̄z alijs fratribus quantū possum curam confero: ab alijs spero. Illis dixi exponēdo quod faciant: istis aperui cōfitendo quod parcant. Illis verborū medicamenta nō subtraho: istis laceratione vulnerū non abscondo. Igit̄ queso vt quisquis hec legerit apud districtum iudicem solaciū mihi sue orationis impendat: ꝛ omne quod in me sordidum deprehendit fletibus diluat. Orationis autē atq̄z expositiōis virtute collata: lector meus in recōpensatione me superat: si cum p me verba accipit: p̄o me lacrimas reddat.

¶ Exaratū diligentissimeq̄z emendatuz est opus p̄esens moraliū sancti Gregorij pape In officina Nicolai keslers Basilieñ. Anno domini. M.cccc.lxxxxvi.

Iste liber pertinet ad carthi ppe trectum ex testamento
godefridi iacobi vicarii ecclie sancti nitini

colorchecker DIGITAL SG
DCSG - UBU # MX - 7181
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
A
B
C
D
E
F
G
H
I
J
K
L
M
N
x-rite
mm
0
1
2
3
4
5
6